

1348h.

ESTICA

DE

**STATU AETATIS**

**SECUNDUM JURIS LIVONICI PRINCIPIA**

**COMMENTATIO.**

---

**SCRIPSIT**

**ET**

**AUCTORITATE ILLUSTRIS JURECONSULTORUM ORDINIS**

**IN**

**UNIVERSITATE LITER. CAESAR.**

**DORPATENSI**

**GRADUS**

**DOCTORIS JURIS**

**RITE ADIPISCENDI CAUSSA**

**PUBLICE DEFENDET**

***Carolus a Rummel,***

**CURONUS.**



---

**DORPATI LIVONORUM,**

**TYPIS HENRICI LAAKMANN.**

**MDCCCLXVII.**


**IMPRIMATUR**

haec dissertatio ea conditione, ut quum primum typis excusa fuerit, numerus exemplorum lege praescriptus collegio libris inspiciendis constituto tradatur.

Die 24. Septembris a. 1847.

**Dr. Ed. Osenbrüggen,**

Ordinis Ictorum h. t. Decanus.



## INTRODUCTIO.

**V**arios aetatis gradus ut jure communi, ita jure, quod in Livonia, Esthonia et Curonia obtinet, in univ-  
ersum magni momenti esse in definienda hominum facultate  
rerum tractandarum, jurium exercendorum, officiorumque  
subeundorum, nemo quidem ignorat, sed non aequè con-  
stat, quo modo in his provinciis praecepta juris in quae-  
stionibus singillatim his de rebus instituendis, sese  
habeant.

Itaque haud vile argumentum disserendi habeo, hanc  
rem diligentius examinare, ita ut summa praecepta, quae  
valeant, investigentur atque in ordinem quendam redigan-  
tur, simulque brevi indicetur, quatenus juris communis  
eadem de re praecepta in subsidium adhibenda sint.

Sed extra fines, in conscribenda hac commentatione  
mihi observandos, certe excessissem, si omnium trium  
harum provinciarum de statu aetatis praecepta pari dili-  
gentia tractassem. Itaque prout fontes faciliores accessu  
et uberiores erant, *Livonici* tantum juris de aetate et  
facultate juris agendique inde pendenti principia hoc libello

mihî tractanda proposui. Et *generalem* tantum commentationis partem, qua de generalibus aetatis gradibus et juris agendique facultate inde pendentî disserendum erit, hucusque conscripsi; de *singularibus* autem aetatis gradibus, ratione variarum conditionum habita sumptis, veluti de maturitate officiorum publicorumque munerum subeundorum, de maturitate ad res criminales, ad matrimonia ineunda, ad jurajuranda praestanda, ad testimonia dicenda aliaque necessariâ, alio loco atque tempore locuturus sum, et tum demum de statu aetatis etiam secundum principia juris, quod in *Esthonia* et *Curonia* valet, agendum mihi erit. Itaque adhuc tantum primam quasi particulam de aetatis statu commentationis publice edere volui atque potui.

## De statu aetatis.

### § 1.

**D**e *fontibus*, quibus in materia proposita tractanda usi simus, hoc loco accuratius disseratur, haud necesse videtur, quum ad communes juris Livonici fontes pertineant, ideoque eodem modo, quo in universo jure provinciali, varii temporis atque ordinis ratione habita, in universum etiam hic adhibendi sint. Id tamen adnotandum videtur, quasi fundamentum hodierni juris Livonici in re proposita *edictum* illud censi<sup>1)</sup> *Imperatricis Catharinae II. 22. Decembris anni 1785*<sup>2)</sup>, quod „Majorennitäts-Ukas“ vocari solet. Quod eam ipsam ob caus-

1) Putat quidem *J. G. a Buddenbrock* (Sammlung der Gesetze, welche das heutige livländische Landrecht enthalten, T. I. Mitau 1804, pag. 67 not. f.), ea administrationis forma, quam Statthalterschafts-Verfassung vocant, in Livonia sublata, et rerum ordine, qui antea fuit, restituto, etiam edicti illius vim in Livonia evanuisse. Sed supervacaneum videtur, illam sententiam hoc loco accuratius refellere, quum alii jam satis demonstraverint, eam falsam esse. cf. *F. G. a Bunge*, liv- und esthländisches Privatrecht, ed. II. T. I. pag. 85 not. e, et *Muethel*, in: theoretisch-practische Erörterungen etc. T. I. pag. 194.

2) Promulgatum a Senatu edicto 24. Decembris a. 1785.

sam et quia in iis, quae sequuntur, saepissime respiciendum erit, hoc loco ad verbum ex Germanica versione publica auctoritate facta <sup>3)</sup> afferam :

„Nachdem Wir die Unterlegung Unsers Senats, wegen Bestimmung der Majorennität <sup>4)</sup> in der Rigischen, Revalschen und Wiburgschen Statthalterschaft, beprüft, und ersehen haben, dass nicht nur in diesen, sondern auch in andern Statthalterschaften, die sich besonderer Rechte bedienen, wie auch überhaupt im Reiche, ehemalige von einander abweichende Vorschriften vorhanden sind, so setzen Wir, um nach Möglichkeit, Gleichförmigkeit zu erhalten, und alle Dunkelheit oder Missverstand zu heben, folgendes fest. 1) Ein Minderjähriger, der vierzehn Jahre zurückgelegt hat, hat das Recht sich bey dem Vormundschafts-Amte oder Waysen-Gerichte einen Vormund <sup>5)</sup> von solchen Eigenschaften, wie wegen der Vormünder verordnet ist, zum Rath und Beystand in allen Sachen auszubitten. 2) Ein Minderjähriger tritt nach Zurücklegung seines siebenzehnten Jahres in die Majorennität <sup>6)</sup>, und Verwaltung seines Vermögens,

---

3) Publicata a Collegio rerum in Livonia administrandarum (livländ. Gouvernements-Regierung) per literas patentes (Patent) 9. Januarii a. 1786.

4) Ipsa lingua Russica hoc loco usurpatum est vocabulum „совершеннолѣтіе“, ad verbum Volljährigkeit.

5) Lingua Russica „попечителя“, non valens Vormund, sed idem ac Curator. Curatorem hoc loco intelligendum esse etiam ex verbis sequentibus patet. cf. etiam a Bunge, l. l. pag. 85 not. g.

6) Originale quidem verbum est „совершеннолѣтство“,

vor zurückgelegtem ein und zwanzigsten Jahre ist ihm aber aller Verkauf und Verpfändung seines unbeweglichen Vermögens aller Art ohne Einwilligung und Unterschrift des Vormundes und Curatoris<sup>7)</sup> untersagt.

3) Diese Verordnung soll in Unserm ganzen Reiche ohne Ausnahme für beyde Geschlechter von Gültigkeit sein. Endlich 4) Die Beobachtung und Erfüllung dieses Gesetzes, gehet von jetzt an, auf die künftige Zeit, und auf alle Sachen die nach dessen Promulgation einkommen werden, diejenige aber, die vor diesem schon nach den vorigen allgemeinen, oder einigen Gouvernementern in besondern zugeeigneten Rechten abgeurtheilt sind, müssen auch darnach verbleiben<sup>8)</sup>.

idem ac совершеннолетіе, ad verbum „Volljährigkeit“; sed quae sequuntur edocent, id non esse majorem aetatem, quam dicunt plenam, sed certis finibus coercitam, quare accuratius dicendum fuisset „Mündigkeit“. cf. infra § 18.

7) Ipso edicto Russico „попечителя и опекуна“, i. e. „Curators und Vormundes“. Sed vocabula „und Vormundes“ abundant, id quod apparet, si hanc secundam edicti partem cum legibus edictum interpretantibus comparamus, veluti cum *Reichsrathsgutachten* 15. Decembris a. 1826, 3. et 12. Decembris a. 1830, 28. Maji 1836; praeterea patet ex edicti inscriptione in *Шолюе собраніе* законовъ Россійской Имперіи Т. XXII. num. 16, 300 — et ex *Сводъ* законовъ Россійской Имперіи (ed. a. 1842) Т. X. art. 214 et 215; cf. a *Bunge* l. l. pag. 86 not. g et i.

8) Occasionem hujus edicti constituendi, ut ex initio edicti patet, propositio Senatus de majore aetate, in provincia *Rigensi*, *Revaliensi*, *Wyborgensi* definienda, facta, praebuit. Sed ipsum argumentum edicti ex *Livonico* jure antiquiore repetitum videtur,

## § 2.

Priusquam rem ipsam aggrediamur, videamus, quomodo hominis aetas cognoscatur et comprobetur et computetur.

*Probandi subsidia* in universum sunt aut rationalia, quae per testimonia ampliore vocabuli potestate, eaque vel scripta, vel nuncupata, efficiuntur, aut in sensibus posita. Et haec et illa in hac juris parte apud nos in usu sunt; primum tamen locum obtinent, ita ut praeter caeteris adhibenda sint et per se jam prorsus probent, subsidia rationalia, eaque scripta, in primis tabulae ecclesiasticae natorum et baptizatorum <sup>1)</sup>, in quibus statim post baptismum peractum parochus adnotandus est annus, mensis, dies et hora partus infantis baptizati <sup>2)</sup>, — et e quibus a parochis eduntur extracta (Taufscheine), in universum aequae probantia atque ipsae tabulae. Si illae tabulae desunt,

---

saltem prima pars, qua minori, qui annum decimum quartum compleverit, permittitur, ut curatorem sibi eligat, cujus praecipi fons jus feudale Waldemaro-Ericianum (Waldemar-Erichsches Lehnrecht), art. 3 et 4, esse videtur et quae in eo nituntur recentiorum jurium equestrium Livonicorum (livländ. Ritterrechte) praescripta, etiamsi in his omnibus alius aetatis terminus praescriptus est. cf. *a Bunge* l. l. T. II § 543 not. b.

1) *Nota* b pag. 425 LL, not. c pag. 482 LL.

2) *Gesetz für die evang-luth. Kirche in Russland*, 28. Decembris a. 1832, § 205. Ut etiam locus, quo quis natus sit, adnotetur, hodie non praescribitur. Antiquior vero ordo ecclesiasticus a. 1686 in cap. 3 § 12 ita jubet: Der Priester soll in dem Kirchenbuche Orth und Tag, wo und wann ein Kind geböhren, — — anzeichnen.

alia etiam rationalia subsidia adhiberi possunt<sup>3)</sup>, veluti iis, qui munus publicum expetunt et literas natalicias ob justam quandam causam prodere nequeunt, permissum est, ut per extracta ex tabulis ad coenam Domini accedentium (книги исповѣднiя, Beichtbücher), sumpta, aetatem edoceant<sup>4)</sup>. Si nulla testimonia adsunt, subsidia alterius generis, in sensibus posita, adhibenda sunt. Quae, quum inspectio ocularis nudati corporis, jure antiquiore Germanico, in viris tantum et si de pubertate agebatur, usitata<sup>5)</sup>, in Livonia non recepta sit<sup>6)</sup>, in eo tantum constant, quod secundum externum corporis habitum iudex sententiam de aetate prodit<sup>7)</sup>. Lege recen-

3) *Not. b pag. 425 LL.* — — — wenn aus den Kirchenbüchern, oder sonst keine Nachricht, wie alt einer ist, zu bekommen, — — —.

4) *Reichsrathsgutachten 8. Octobris a. 1855* (publ. per lit. pat. Livon. 17. Jan. a. 1836). Quod quidem ad eos tantum pertinet, qui fidem Orthodoxam, Graeco-Russicam, profitentur. Nam tabulae ad coenam Domini in ecclesiis Evangelico-Lutheranis accedentium (Verzeichniss der Communicanten) de aetate nihil produnt. cf. *Kirchen-Gesetz a. 1852 § 207.*

5) *Speculum juris Saxonici Lib. I. art. 42 § 1*: Svelkes mannes alter man nicht ne weit, heuet he har in dem barde vnde nidene vnde vnder iewederme arme, so sal man weten dat he to sinen dagen komen is. cf. *Eisenhart, Grundsätze der deutschen Rechte in Sprüchwörtern ed. III. pag. 26.*

6) *Speculi jur. Saxon. locus laudatus ipse in medium jus equestre Livonicum* (mittleres livländ. Ritterrecht) non transit, quamvis ea, quae loco huic antecedant, in cap. 40 med. jur. eq. Liv. occurrant.

7) *Nota b pag. 425 LL.* Post verba, supra nota 5 lau-

tiore in rebus criminalibus, si neque literis nataliciis, neque tabulis, quae caput numerum indicant (Seelen-Revisions-Listen) aetas hominis inculpati definiri poterat, judiciis permissum est, ut adhibitis certis quibusdam personis, in quorum numero etiam munere medicinali fungens quidam sit necesse est, plena sessione inculcato praesente secundum externum corporis habitum de aetate ejus sententiam edant, sed ita ut non ipse aetatis annus constituatur, sed tantum gradus definiatur, sitne aetas in rebus criminalibus firmata, an legitima, an senilis<sup>8)</sup>.

### § 3.

*De modo aetatem computandi* propria praecepta desunt. Ex edicto tamen a. 1785 patet, ad quemquam superiorem aetatis gradum ingrediendum sufficere, si is, de cujus aetate agatur, ultimum annum inferioris gradus compleverit, neque necesse esse, ut extra eum excesserit; quod quum consentiat cum jure communi<sup>1)</sup>, cetera quoque juris communis hac de re praecepta in computanda aetate adhiberi possunt.

Duplex est temporis computatio, aut a momento ad momentum (computatio naturalis), aut ad dies (computatio civilis). Haec in eo versatur, quod dies tantum numerantur et totus dies pro uno momento habetur, ita ut singularum diei partium in computatione ratio non habeatur. Itaque spatium quoddam temporis exactum

---

data ita pergitur: schätzet das Gericht (jedoch ohne Eyd) dessen Alter, wie es ohngefahr sein könne.

8) *Reichsrathsgutachten* 21. Octobris a. 1855 (publ. per lit. pat. Livon. 5. Februarii 1856). cf. quoque *Codex* T. X. art. 209.

1) l. 3 § 3 *Dig.* de minor., l. 5 *Dig.* qui test. facere poss.

haberi potest et primo et ultimo momento ejus diei, qui ultimus est spatii illius, ita ut primus spatii dies totus numeretur, etsi minima tantum ejus pars naturaliter computanda sit. Et re vera ex juris Romani praescriptis primum ultimi diei momentum respicitur (dies ultimus coeptus habetur pro completo), si de juribus acquirendis, ultimum autem momentum, si de detrimentis avertendis aut juribus amittendis agitur<sup>2)</sup>. Aetatis ratione habita computatio civilis normalis videtur, nam primum *anni* tantum numerantur in edicto a. 1785, annum autem civiliter, non a momento ad momentum, sed ad dies numeramus<sup>3)</sup>; tum hora et sexagesima, qua quis natus sit, saepissime ignoratur, praeterea in tabulis ecclesiasticis natorum et baptizatorum ex praescripto priore dies tantum, ex recentiore quidem etiam hora, non tamen sexagesima (quae etiam semper dubia est) annotanda est; denique in literis nataliciis praeter annum et mensem dies tantum, non etiam hora indicatur. Hinc aetas quaedam, aequae atque aetatis annus, completa est ultimo die, qui diem natalem antecedit, non ipso die natali; sed primone an ultimo ejusdem diei momento, quaeritur<sup>4)</sup>.

---

2) l. 5 *Dig. l. l.*, l. 1 § 1 *Dig. de manum.*, l. 134 *Dig. de verb. signif.*, l. 15 *pr. Dig. de divers. temp. praescript.*, l. 6 *Dig. de oblig. et act.*, l. 101 *Dig. de reg. jur.*, l. 30 § 1 *Dig. ad leg. Jul. de adult.*, l. 49 *Dig. de cond. et demonstrat.*, cf. a *Vangerow*, Leitfaden für Pandecten-Vorlesungen, ed. III. T. I. pag. 264 seq.

3) l. 134 *Dig. de verb. sign.*

4) *Edictum Imperatoris Pauli 17. Septembris a. 1799* (publ. per lit. pat. Liv. 10. Novembr. ej. a.) normam, quam statui, secutum esse videtur in singulari quadam causa.

Uti mihi videtur in aetatis computatione ubique ultimum tantum momentum respisimus, i. e. ultimo die natalem diem antecedenti prorsus finito annus, quo gradus quidam aetatis finitus sit, completur; subtilitas illa juris Romani non recepta videtur.

## Generales aetatis gradus et jura inde pendentia.

### *Sectio I. Generales aetatis gradus.*

#### § 4.

In universum homines sunt aut senes (alte), aut non-senes (junge), in quibus quidem varii discernuntur gradus. Termini graduum, de quibus hic agitur, secundum varias legislationes, quibus jus Livonicum constructum est, valde inter se differunt. Praecipue jus Germanicum a jure Romano differt. Remotiore tempore magis Germanicum, postea vero magis Romanum jus sequebantur, et recentiores quoque leges magis cum Romano quam cum Germanico jure consentiunt. Diversitas autem illa magni est momenti in exponendis principiis, quae hodierno jure obtinent.

A summo aetatis gradu incipiamus et ad inferiores transeamus, qui ordo, licet inusitator sit, tamen praefendus videtur, maxime eam ob causam, quod superiores gradus etiam inferiores in se continent, et principia in illis valentia partim etiam in his locum habent.

I. **Homines senes, — senectus.**

## § 5.

Senectutis incipientis certum terminum generatim nullum posuisse Romani videntur<sup>1)</sup>; sed jam Germani hunc terminum sumpserunt, et annum quidem aetatis sexagesimum<sup>2)</sup>, id quod etiam in antiquius jus Livonicum transiit<sup>3)</sup>, in quo is, qui ad hanc aetatem pervenerat, dicebatur „he ys baven syne dage gekamen.“ Recentioribus legibus alius terminus generatim non positus est, neque Suecicis, neque Russicis; itaque valet ille terminus, qui transiit etiam in recentiorem juris Livonici collectionem<sup>4)</sup>, neque exempla desunt, quae demonstrant, recentiore<sup>5)</sup>

---

1) *Mühlenbruch, Doctrina Pandectarum* § 210. Alii aliter sentiunt jurisperiti, veluti *Thibaut, Archiv für die civilistische Praxis* T. VIII pag. 74.

2) *Spec. jur. Sax. I, 42 § 1.* Ouer sestich jar is he bouen sine dage komen. — Etiam in proverbio illo Germanico „Zehn Jahr ein Kind, zwanzig Jahr ein Jüngling, dreissig Jahr ein Mann, vierzig Jahr wohl gethan, funfzig Jahr stille stahn, sechszig Jahr gehts Alter an, siebenzig Jahr ein Greiss, achtzig Jahr nimmer weiss, neunzig Jahr der Kinder Spott, hundert Jahr genade Gott“ (cf. *Eisenhart* l. l. pag. 28) idem terminus occurrit.

3) *Med. jus. eq. Liv. cap. 40.* — — — vnde sostich iar, so ys he baven syne dage gekamen. — Differt tamen a fonte in eo, quod in illo requiritur, ut extra annum sexagesimum excesserit homo, non solum eum annum compleverit.

4) *Budberg-Schradersches Landrecht* a. 1757 Lib. II, Tit. 7 § 6.

5) Hoc seculo ineunte, — ut testatur *Muethel*, in hi-

atque etiam recentissimo tempore<sup>6)</sup> terminum illum sexaginta annorum apud nos in usu fuisse. Inde ab anno 1785, quo perpetua feminarum cura sublata est, non in viris tantum; sed etiam in feminis idem hic terminus valet.

## II. Homines non-senes.

### § 6.

Homines non-senes in universum sunt, qui annum aetatis sexagesimum nondum compleverunt. Sunt autem aut majores (intell. XXI annis), grossjährig, volljährig, — aut minores (intell. XXI annis), minderjährig, inter quos rursus puberes (mündige) et impuberes ampliore vocabuli potestate (unmündige im weitem Sinne), discernuntur.

Antiquiore jure Livonico aetatis gradus non ita, ut nos sumpsimus, disjungebantur. Jus enim oppidanum Germanici juris principia secutum est, quod inter maturam vel firmatam aetatem (Mündigkeit) et legitimam aetatem (Volljährigkeit, Grossjährigkeit) non distinxit, sed eundem terminum firmatae ac legitimae aetatis sumpsit, ita ut juvenes puberes simulque majores fierent, atque nullos et minorum et impuberum gradus singulares statuit. Contra jus terrestre (Landrecht) ad jus Romanum propius accessit. Ex antiquioribus juribus equestribus

---

storia jur. Livon., — Meck de Schöneck cuidam, completo anno aetatis sexagesimo, ex ipsius rogatione per Resolutionem judicii provincialis districtus Rigensis jura senectutis attributa sunt.

6) cf. a *Buddenbrock* l. l. p. 64 et a *Bunge* l. l. p. 88 § 48.

jam apparet, firmatam aetatem a legitima diversam fuisse <sup>1)</sup>, id quod ex recentioribus juribus eq. Livon. etiam clarius elucet. Ad auctoritatem juris Suecici, quod in divisione, de qua agitur, cum jure Germanico consentit, jus quidem terrestre Livonicum aliquanto propius ad Germanicum jus accessisse videtur; sed majorem vim habuit jus Romanum, cujus ad praecepta magis magisque paulatim inclinabant Livones <sup>2)</sup>, donec tandem in edicto a. 1785 ipsa distinctio illa summatim jam invenitur. Ex edicti et recentiorum legum, quae eo nituntur, praeceptis patet, in jure Russico plenae s. legitimae aetati (совершеннолѣтіе, совершеннолѣтство) oppositam esse non-plenam aetatem (несовершеннолѣтіе), in tres gradus divisam, quorum duo priores complectuntur impuberes (малолѣтныя, Unmündige), tertius minores arctiore vocabuli potestate (несовершеннолѣтныя, Minderjährige im engeren Sinne), qui sunt minores in maturam aetatem ingressi, Mündige <sup>3)</sup>.

Jam videamus, quid de graduum terminis statuendum sit.

### 1) *Majores, Volljährige, Grossjährige.*

#### § 7.

Antiquiore jure terrestri legitimae aetatis terminus a quo primum annis non definitus, tum in anno vicesimo

1) *Jus feud. Wald.-Eric.* art. 3 et 4, antiquiss. quod dicunt *jus equestre Livonicum* art. 12 et 14.

2) cf. paragraphi sequentes.

3) *Сводъ закон.* etc. Т. X art. 207 annot.

completo positus est <sup>1)</sup>, sed in viris tantum, non ita in feminis, quippe quae in perpetua agnatorum tutela aut cura essent. Is qui ad hanc aetatem pervenerat, dicebatur „he ys tho synen iaren gekamen“. Postea terminus ille factus est generalis terminus aetatis maturae seu firmatae (Mündigkeit), tempore, a quo legitima aetas inciperet, non amplius annis definito, sed, uti videtur, in arbitrio curiae rei pupillaris (Waisenherren) posito <sup>2)</sup>. Inde ab anno 1794 idem in usu fuit terminus a quo et firmatae et legitimae aetatis, qui est annus XV <sup>3)</sup>, sed ita, ut uterque parens in testamento,

1) *Med. jus eq. Liv.* cap. 40. Wenn ein man twintich iar olt ys, so ys he tho synen iaren gekamen. — *Fons hujus* cap. 40 *Spec. jur. Sax.* I, 42 § 1 habetur. cf. *a Bunge* l. l. pag. 83 not. c.

2) *Instruction für die Waisenherren* 5. Septembris a. 1647; cf. *Gadepusch*, livländ. Jahrbücher II, 1. pag. 239.

3) Colligi hoc potest ex eo, quod *edicto Regio* 20. Decembris a. 1694 § 17 curiis rei pupillaris praescriptum est, ut legem illam 17. Martii a. 1669, quam *Vormünder - Ordnung* vocamus, observarent. Quae lex praescribit § 36: „Wenn einer seine 15 Jahren erreicht, so ist er den Rechten nach, mündig und sein eigen Mann, und wiewohl mancher dennoch alsdann seinem Guhte vorzustehen nicht capabel ist, so kan es ihm doch nicht verweigert werden, es sey denn, dass der Vater oder Mutter in ihrem Testament versehen, dass ihre Kinder auch sollen über diese Zeit unter der Vormünder Gewalt seyn, da es dann bey des Testaments Einhalt verbleiben soll, und solches den Eltern zu ehren“, — et § 38: „Will ein Vormünder suchen über gesetzte rechtliche Zeit seine Vormundschaft zu behalten, — — — solches alles stehet zu gerichtlicher Entscheidung.“

praeterea etiam judex, hunc terminum, si videbatur, prorogare posset. Quousque terminus hic in usu fuerit<sup>4)</sup>, incertum est<sup>5)</sup>, sed jam anno 1785 sublatus et prior

4) Terminum XV annorum re vera in usu fuisse, videmus ex *Resolutione* judicii, quod vocant *Reichs-Justiz-Collegium*, 15. Julii a. 1731, in rebus Mengden contra Helmersen, et ex actis Commissionis Petropolitanae, ad revidendam collectionem, quam Budberg-Schradersches Landrecht dicunt, constitutae, imprimis ex adnotatione ad lib. II. tit. VII. § 3, ubi affertur iudicii aulici Livonici declaratio, tum temporis terminum illum quindecim annorum in praxi observatum esse tanquam initium firmatae simulque legitimae aetatis. — Dissentit a *Bunge* l. l. pag. 84 sub fin. not. c.

5) In actis enim laudatis porro sententiam suam eloquitur iudicium aulicum, breviorum terminum illum firmatae aetatis valde noxium juvenibus fuisse, optandumque esse, ut terminus viginti annorum, qui ante in usu fuerat, restituatur; et in ipsa collectione l. l. prior terminus re vera jam restitutus est „Alle diejenigen, welche unter 20 Jahren ihres Alters sind, müssen als Unmündige mit Vormündern versehen werden, es sei denn, dass vor solcher Zeit die Jungfrauen sich ehelich verloben, oder die Jünglinge in des Landes-Herrn Dienste treten“, — id quod a Commissione non rejectum est. At collectio illa non confirmata est, itaque dubitandum, sintne jam tum temporis ad terminum priorem viginti annorum reversi, praesertim quum in *Speculo juris Livonici* a. 1782, quod *Junckiewicz* quidam composuit, sub voce *Minorennis* legatur § 1 „Minorennis, der Minderjährige oder Unmündige, ist derjenige, der das in den Landes-Gesetzen vorgeschriebene Alter noch nicht erreicht hat, ohne Vormündern zu seyn und gültiger Weise selbst seinen Geschäften vorstehen und sein Vermögen disponiren zu können“, — et § 2: „Der Minorennen, wenn er frühzeitiger für majorenn erklärt sein

terminus viginti annorum restitutus est <sup>6)</sup>. — Jure Rigensi, et antiquiore <sup>7)</sup> et recentiore <sup>8)</sup>, terminus firmatae simulque legitimae aetatis in viris annus duodevicesimus, in feminis annus decimus quartus completus fuit. — Hodierno

will, kann, wenn er bey Gerichte suppliciret, veniam aetatis erlangen.“ Vid. Vormünder-Ordnung vom 17. März 1669 § 38, pag. 227 der L. O. Vid. etiam not. seq.

6) Vid. infra not. 9. *Sententia Senatus* 11. Aprilis a. 1785, in rebus B. de Mengden contra ipsius privignos, expositionem Generalis-Procuratoris, ab Imperatrice 8. Febr. a. 1783 confirmatam, respiciens, statuit, ut legitima aetas ex praescriptis med. jur. eq. Liv. ab anno vicesimo completo, non amplius ex praescriptis legis, quam Vormünder-Ordnung vocant, ab anno decimo quinto completo inciperet. Ex qua sententia etiam videmus, collegium rebus administrandis in Livonia praepositum ipso anno 1784 pro initio legitimae aetatis, secundum Vorm.-Ordn. § 38, sumpsisse annum XV completum; et anno 1782, in rebus Boie contra Hagemeister, in Senatu dissensum fuisse, sitne secundum med. jur. eq. Liv. ann. XX, an secundum Vorm.-Ordn. annus XV tanquam terminus a quo legitimae aetatis sumendus. Generalis-Procurator tum terminum med. jur. eq. Liv. sumendum putavit.

7) *Dat Rigische Recht* etc., herausgegeben von G. Oelrichs (Bremen, 1775), VII, 2.: Ock so mach keyn Mannes Nam mundlich wesen benedden 18 Jaren, eyne Jungfruwe benedden XIII Jaren.

8) *Statuta und Rechte der Stadt Riga* (Bremen, 1780), III, 4. § 4: Es mögen auch, mit Vollwort ihrer Vormünder, ein Jüngling von 18, eine Jungfrau von 14 Jahren, und Wittiben, so weit mündig sein, dass Sie ihr fahrendes Haabe und Eingedöms vertestamentiren und vergeben können: Allein, stehendes Erbe, oder Erdvesteigen, mag weder Mann noch Frau ohne der Erben Urlaub vergeben noch legiren.

jure Livonico terrestri et oppidano majores sunt utriusque sexus homines, qui annum aetatis vicesimum primum compleverunt<sup>9)</sup>, et ii tantum, qui juri privato rusticorum subiecti sunt, ab anno vicesimo primo ineunte legitimam aetatem ingredi videntur<sup>10)</sup>.

Jus hodiernum Livonicum cum Romano jure consentit in eo, quod utriusque sexus homines sine discrimine eodem tempore majores fiunt, et postea quidem quam puberes (mündig), — ad medium autem jus Germanicum<sup>11)</sup> propius quam ad jus Romanum<sup>12)</sup> accedit, quod attinet ad tempus, a quo major aetas incipiat.

## 2) *Minores, Minderjährige.*

### § 8.

Uti terrestri, ita oppidano jure minores sunt ii, qui annum XXI non compleverunt. Varii tamen minorum gradus discernuntur, quo a jure Germanico, quod gradus tales ignorat, dissentimus et jus Romanum summatim, etsi non per omnes partes, sequimur; praecipue cum Romano jure consentimus in generali divisione, ex parte tantum in subdivisionibus, penitus dissentimus in terminis, quibus gradus et subdivisiones definiuntur, et in discrimine annorum, Romano jure pro virili vel femineo sexu sumpto.

Quod attinet ad primariam minorum divisionem, juris Romani divisio, — ex altera parte trifaria: in aetatem firma-

9) *Imp. edictum a. 1785 § 2 et 3.*

10) *Livländ. Bauer-Verordnung 26. Martii a. 1819 § 370.*

11) *Secundum Spec. jur. Sax. I, 42. § 1 annus XXI, secundum Spec. jur. Suevici cap. 327 annus XVIII.*

12) *Major s. legitima aetas incipit ab anno XXV completo.*

tam, et in aetatem immaturam in specie sic dictam, atque in infantiam, ex altera parte bifaria: in aetatem secundam et primam, — a nobis in universum recepta est. Subdivisiones autem Romanorum neque apud nos neque in Germanico jure in usu sunt; itaque etiam diversitas jurium, quae ab iis pendet, apud nos non obtinet. Imprimis divisio, qua firmata s. secunda aetas rursus in pubertatem plenam et minus-plenam partitur <sup>1)</sup>, a nobis haud recepta quidem, — attamen alicujus momenti etiam apud nos est, quum, si jura pubertati Romanae propria ad puberes nostros relaturi essemus, ea praecipue adhibenda essent, quae pubertas plena habeat propria, eaque maxime in hominibus virilis sexus. In aetate autem impubere etiam nos pubertati proximos et infantiae proximos discernimus <sup>2)</sup>, sed alio modo, ac jure Romano discernuntur. — Infantia uti jure Romano ita apud nos non habet gradus.

Magni momenti sunt quas enumeravimus inter nostrum et Romanum jus diversitates, quum propter has ipsas ea, quae jus Romanum de singulis aetatis gradibus et subdivisionibus, ratione jurium ab iis pendentium habita, statuit, ad similes aetatis gradus, qui apud nos in usu sunt, non semper referri possint.

### § 9.

a) *Aetas firmata*, Alter der Mündigkeit sive nicht vollen Grossjährigkeit, Romanorum aetas secunda, adole-

---

1) cf. *F. C. a Savigny*, System des heutigen Röm. Rechts T. III, (Berlin 1840,) pag. 55 seqq.

2) cf. infra § 10.

scientia, pubertas. — Prae ceteris memorandum est, med. jus eq. Liv. distinguere quidem firmatam a legitima, non vero a pubertate, itaque ejus de firmata aetate praecepta non ad viros tantum, ut in legitima aetate, sed etiam ad feminas spectare, ita ut feminae non fiant quidem puberes (mündig) simulque majores, sed puberes simulque viro maturaе (mannbar); eamque ob causam, jus antiquius respicientes, de perpetua *minore* feminarum aetate (Minderjährigkeit) potius quam de perpetua *impubere* aetate (Unmündigkeit) loqueremur.

Minores utriusque sexus firmatam aetatem ex antiquiore jure ingrediebantur, simulque puberes censebantur, si duodecim annos et sex hebdomades compleverunt<sup>1)</sup>; juvenes usque ad majorem aetatem in firmata aetate erant, feminae autem semper minores manebant. Si quis ad firmatam aetatem pervenerat, aequè dicebatur „he ys tho sinen jaren gekamen,“ ac si quis ad majorem

1) *Med. jus eq. Liv. cap. 10* „ — — Synt överst de kinder tho eren jaren gekamen, edder wen se twelf jar vnde sös weken olt werden.“ *Jus feud. Wald.-Eric. art. 3* de duodecim tantum annis loquitur, sed antiquissimum quod dicunt *jus eq. Liv.*, art. 12, jam adjicit sex hebdomades. Ab aetate illa XII ann. et VI hebdom. non pubertatem tantum, sed etiam firmatam aetatem incepisse, colligi licet praecipue ex *med. jur. eq. Liv. capp. 25 et 50*. (cf. quoque *Kraut*, die Vormundschaft nach den Grundsätzen des deutschen Rechts T. I, Göttingen 1830, pag. 119); legitimam autem aetatem non inde incepisse, ex *jur. feud. Wald.-Eric. art. 3 et 4*, et ex antiq. quod dicunt *jur. eq. Liv. art. 12 et 14*. Cf. *Kraut* l. l. pag. 144.

aetatem proventus erat<sup>2)</sup>. Ex jure Suecico viri firmatam aetatem simulque legitimam anno XV ingrediebantur, feminae autem videbantur tantum ingredi, si in matrimonium ducebantur<sup>3)</sup>. Ex hodierno jure firmata aetas in hominibus utriusque sexus incipit ab anno decimo septimo completo, id quod aequè in jure terrestri atque in oppidano valet<sup>4)</sup>; in jure rusticorum idem est terminus a quo.

### § 10.

b) *Aetas immatura* arctiore vocabuli potestate, (Unmündigkeit im engern Sinne), puerilis aetas, — Romanorum aetas pupillaris, pueritia, impubertas in specie sic dicta. — Haec aetas ex hodierno jure aequè in pueris atque in puellis extenditur inde ab anno septimo completo<sup>1)</sup> usque ad annum decimum septimum completum<sup>2)</sup>, et in duas classes dividi potest, quarum altera in utroque sexu inde ab anno XIV completo<sup>3)</sup> usque ad annum XVII compl. extenditur, altera autem inde ab anno VII compl. usque ad annum XIV compl., — quae classes respondent juris Romani pubertati proximis et infantiae proximis, etsi in terminis diversae sunt. Nam pubertati proximi sunt impuberes tales, qui haud procul absunt ab

2) De eodem usu in fontibus juris Germanici agit *Kraut* l. l. pag. 146.

3) *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 55; cf. etiam *Janckiewicz* l. l. § 3; *Budberg-Schradersches Landrecht* II, 7. § 3.

4) *Imp. edictum* a. 1785 § 2 et 3.

1) Vid. infra not. 5.

2) *Imp. edict.* a. 1785 § 2 et 3.

3) *ibid.* § 2, — quod derogat med. juri. eq. Liv.

anno XIV vel XII, sexuum ratione habita, et corpore menteque jam ita adulti sunt, ut in rebus gerendis deliberatione et iudicio utantur, infantiae vero proximi sunt ii, qui majores VII, minores pro sexu XIV vel XII annis sunt et ob juvenilem aetatem corpore et mente infirmiores, quam qui in rebus gerendis deliberationem et iudicium jam ostendere possint <sup>4)</sup>.

c) *Infantia*, — amplectitur quum ex jure communi tum ex nostro septem priores aetatis annos <sup>5)</sup>.

Aetas immatura arctiore vocabuli potestate et infantia efficiunt aetatem immaturam ampliore vocab. pot., (Unmündigkeit im weitern Sinne), Romanorum primam aetatem <sup>6)</sup>.

---

4) cf. *a Savigny*, l. l. T. III pag. 36 seqq. Alii *Accursii* sequuntur interpretationem, qua pubertati proximi sunt impuberes inde a dimidio anni undecimi usque ad annum XIV, pub. proximae inde a dimidio anni decimi usque ad annum XII compl., infantiae proximi et proximae inde ab anno VII pro sexu usque ad dimidium anni XI et X. Cf. *a Savigny*, l. l., *Unterholzner*, Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss. T. I, p. 44 seqq., *Heidelberger Jahrb.* T. VIII, pag. 664 seqq., *Dirksen*, *Rhein. Museum f. Jurisprudenz* T. I, pag. 316 seqq.

5) *Not. b.* pag. 482 LL., *Cod. Theod.* c. 8. de bon. matern., *Cod. Justin.* c. 18 pr. et § 4 de jure delib. — *Janckiewicz* l. l. sub voce *Kinder* § 1. Etiam in proverbio illo „Sieben Jahr ein Kind etc.“, (cf. *Eisenhart* l. l. pag. 26) terminum VII annorum invenimus. Cf. quoque *a Savigny* l. l. pag. 25 seqq., *Heidelb. Jahrb.* T. VIII, pag. 644 seqq.

6) Quae in pueris priores vitae annos quatuordecim, in puellis duodecim amplectitur.

## *Sectio II. De juris conditione, cuique generali aetatis gradui propria.*

### § 11.

Legislatores, et in universum ii, qui jura condiderunt, varias hominum aetates necessario considerantes, non eodem modo eas tractare potuerunt. Itaque juris normae eam tantum respicere solent aetatem, qua homines jam omnino adulti atque exculi sunt <sup>1)</sup>, i. e. majorem sive legitimam aetatem. In minoribus, similiter atque in senibus, secundum graviores mutationes, quas aetatis anni efficiunt, exceptiones et restrictiones legum communium, beneficia et odia juris, statuuntur, ita ut et hi et illi, ut ita dicam, propria jura habeant, quae, si fundamentum investigamus, in iis niti videntur, quae ad summam corporis atque animi perfectionem pro vitiis proprie sint habenda, et quae homines vel ob minorem aetatem nondum assecuti sint, vel ob senilem aetatem jam amiserint. Praecipue minor aetas ejusque gradus magni momenti sunt in juribus condendis, atque ad multas exceptiones et restrictiones in iis statuendas inducunt.

### I. Senectus.

#### § 12.

Senes homines in universum iisdem juribus ac ceteri majores, singillatim vero quibusdam beneficiis s. praero-

---

1) l. 1 § 2 Dig. de minor. (Ulpianus) Apparet minoribus annis viginti quinque eum (intell. Praetorem) opem polliceri: nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat.

gativis, fruuntur, quae si primarios juris Livonici fontes respicimus, imprimis sunt haec:

1. Senes homines per se habent jus praecipuae reverentiae a quoque non-seni sibi praestandae <sup>1)</sup>.
2. Sexaginta annis majores se excusare possunt a tutela delata <sup>2)</sup> vel jam suscepta <sup>3)</sup>, aequae atque ab officiis et muneribus publicis suscipiendis <sup>4)</sup>.
3. Hominibus, qui annum sexagesimum compleverunt, concessum est, ut curatorem ad bona ipsorum administranda sibi eligant, juris eorum conditione non

1) Ordinis publici custodes (Polizei) invigilare debent, ut praeceptum hoc observetur. *Polizei-Ordnung* 8. Aprilis a. 1782 § 154. Ad hoc jus referenda etiam videntur illa juris Germanici proverbia „Das Alter geht vor“, „Die Alten sind gut zu behalten“ cf. *Eisenhart* l. l. pag. 31, 32.

2) *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 52. Hat Jemand rechtmässige Ursache, so beweise Er solche — — — und sey solcher gestalt befreyet. Diese aber sind die rechtmässigen Ursachen die in acht sollen genommen werden: — — — 4) Der entweder unter 25 oder über 60 Jahren alt. cf. *Livl. Bauer-Verordn.* a. 1819 § 374. Romano jure aetas nonnisi septuaginta annorum a tutela excusat. c. un. *Cod.* qui aet. se excus.

3) cf. a *Bunge* l. l. § 311 not. m.

4) Id quod colligitur ex *med. jur. eq. Liv.* cap. 40. cf. a *Buddenbrock* l. l. pag. 64 not. b, a *Bunge* l. l. pag. 89 § 48 in fin. Eandem normam respiciunt *Livl. Bauer-Verordn.* § 106, aequae ac *Provinzialrecht* der Ostseegouvernements T. I art. 61, 63, 179, ubi praescribitur, ut senes sexaginta annorum possint quidem, sed non lege adstricti sint in concilio ordinum provincialium (Landtag) adesse. — Etiam a cura delata, quippe quae munus publicum habeatur, se excusare possunt senes.

delibata s. deminuta; nam sicut ipsa cura illa ex ipsorum arbitrio pendet, ita etiam jura, quae curatori committere, quae sibi reservare velint, in ipsorum arbitrio sunt<sup>5)</sup>. Beneficium igitur, non odium juris cura illa censenda. Cura ipsa pro munere publico habetur.

4. Senibus inermibus etiam in terra hostili, praesertim si urbs oppugnatione premitur, parcendum est, nec ullo modo eos violari licet, nisi summus rei militaris dux ex sua potestate exceptionem diserte statuerit<sup>6)</sup>.

### § 13.

Jura, quae jus commune senibus propria tribuit, apud nos omnino non, sive ex parte tantum obtinere videntur.

1. Ex jure Romano inviti testimonium dicere senes non coguntur<sup>1)</sup>. Ex nostro tamen jure testimonium dicere officium cujusvis civis est, si modo alia, quae in tutori-

---

5) *Med. jur. eq. Liv. cap. 40.* — — vnde sostich iar, so ys he bauen syne dage gekamen, so mach he Vormünder kesen, yfft he will, vnde krencket syn recht nicht darmede. — Quo quidem loco vocabulum „Vormünder“ legimus, sed in *med jur. eq. Liv.* saepissime idem valet ac curator. Ad curam tantum bonorum hoc praeceptum relatum esse, colligi licet etiam ex *Budb.-Schrads. Landrecht II, 7. § 6*: Mündige Jungfrauen, Wittwen, alle unvermögende Personen über 60 Jahren — — — mögen sich selbst solche Raths-Freunde und Fürsprecher wehlen, zu welchen sie Vertrauen haben, und solche durch den Richter, wenn und wozu sie es nöthig erachten, hierzu bestätigen lassen. cf. quoque *Kraut I. I. pag. 19 seqq.*

6) *Kriegsartikel 50. Martii a. 1716.* Leges Imperiales Germanicae senes homines ab injuria et vi quam maxime tuentur, velut Reichs-Polizei-Ordn. a. 1577 Tit. 6 § 4.

1) l. 8 *Dig. de testib.*

bus necessaria putantur, in iis adsunt, — nullo discrimine inter senes et non-senes facto<sup>2)</sup>. Senes tamen, ad testimonium dicendum parati, postulare possunt, ut in ipsorum domo examinentur, sed ii tantum, qui simul languore senili laborant<sup>3)</sup>.

2. Ex jure Romano porro in adoptionibus, imprimis in arrogationibus, requiritur, ut is, qui arrogare velit, sexaginta annis major sit; sexaginta annis minori ex justa tantum causa arrogatio permissa est<sup>4)</sup>. Quae exceptio ad non-senes pertinens apud nos non obtinet. Legis enim rationem, quam ipsius verba „quia magis liberorum creationi studere debeat“ indicant, in adoptionibus apud nos non valere censemus.
3. Sunt quoque qui contendant, ex jure communi senectutem per se jam esse idoneam causam ad petendam et impetrandam in integrum restitutionem ex Praetoris clausula generali. Quod quidem communis opinio non habetur<sup>5)</sup>; et ex nostro jure beneficium

---

2) *Nota b pag. 348 LL.* Der zum Zeugen erfordert wird, mag sich dessen nicht entziehen, wenn er sich aber entziehet, so kann er von dem Richter dazu gezwungen werden. cf. quoque *Publicat. Jud. Aul. Liv. 15. Maji a. 1690.*

3) cf. *Samson v. Himmelstiern*, Institutionen des livländischen Processes. P. I. (Riga, 1824) § 527.

4) l. 15 § 2 *Dig. de adopt.* „In arrogationibus cognitio vertitur, num forte minor sexaginta annis sit, qui arrogat; quia magis liberorum creationi studere debeat: nisi forte morbus, aut valetudo in causa sit, aut alia justa causa arrogandi etc.“

5) cf. id, quod a *Vangerow* l. l. T. I. pag. 251 seqq. de justis restitutionis causis exposuit; cf. quoque *Glück*, Commentar T. VI. § 471. 472.

tale in senibus haud valere videtur, praesertim quum senibus concessum sit, ut curatorem ad ipsorum bona administranda sibi eligant, ne quis languore senili eorum abutatur.

## II. Major s. legitima aetas.

### § 14.

Annis XXI majores, si norma respicitur, quod attinet ad aetatem <sup>1)</sup> legibus nullo modo coerciti sunt, neque ad personam, neque ad bona. Itaque in potestatem liberam habent et personam suam et bona sua, quum mobilia tum immobilia, et pari quidem jure in quovis majoris aetatis anno <sup>2)</sup>. Sed, eodem modo si normam respicimus, XXI annis majores etiam nullis propriis juribus ac beneficiis aetatis quod attinet ad facta ipsius legitimae aetatis fruuntur, sed tantum ad facta prioris aetatis; imprimis in certis quibusdam caussis in integrum restitutionem petere possunt, de quibus, quum arcte cum reliquis restitutionis caussis cohaereant, infra agemus <sup>3)</sup>. — Ab hac demum aetate incipit plenus usus jurium, cuique civium ordini propriorum, — exceptis tamen quibusdam caussis <sup>4)</sup>. Qui majorem

1) Ob alias atque aetatis caussas coerciti esse possunt, veluti ob sexum, ob mariti potestatem (eheliche Vormundschaft), ob parentum potestatem, ex qua nondum egressi sunt. Ita liberis XXI annis majoribus parentes ex certis quibusdam caussis consensum ad matrimonium incundum denegare possunt. *Kirchen-Gesetz* a. 1832 § 69. 70.

2) *Imp. edict.* a. 1785 § 2.

3) cf. infra § 21.

4) *Сводъ закон.* Т. IX art. 4.

aetatem ingressus est, ideo civis optimo jure videtur, quare omnes juris normae, quae neque ad minores, neque ad senilem aetatem proprie et sigillatim pertinent, ad XXI annis majores referendae sunt, — si normam respicimus.

### III. Matura s. minus-plena aetas, pubertas.

#### § 15.

Juris communis praecepta, quae *plenam* Romanorum pubertatem diserte et expresse posuerunt tanquam conditionem juris cujusdam maturae aetati (Mündigkeit) proprii, per se quodammodo apud nos adhibenda censemus, in nostra matura aetate (Alter der Mündigkeit); nam Romanorum plenae pubertatis et nostrae maturae aetatis termini in hominibus sexus virilis fere congruunt<sup>1)</sup>; sed in hanc generalem commentationis partem in universum non cadunt, quum non pertineant ad jura, quae generatim minus-plenae aetati propria sint<sup>2)</sup>. Itaque hac in parte ea tantum jura spectantur, quae Romanorum minus-plenae pubertati attributa sunt, i. e. ea, in quibus vel de Romanorum pubertate s. adolescentia in universum agitur<sup>3)</sup>, vel in quibus minus-plena pubertas, — ex nostro

1) Romanorum plena pubertas extenditur inde ab a. XVIII compl. in viris et ab a. XIV compl. in feminis, usque ad a. XXV compl., — nostra autem matura aetas in utroque sexu inde ab a. XVII compl. usque ad a. XXI compl.

2) Praecipue spectant ad maturitatem in rebus criminalibus necessariam (criminalistische Mündigkeit), de qua suo tempore ac loco alibi disputare in animo est.

3) cf. *Glück*, ausführl. Erläut. der Pandecten. T. II, pag. 221 § 130.

jure, annorum, quos amplectitur, ratione habita, maturae aetati praecedens, — sive diserte, sive tacite spectatur. Ideo ob causas psychologicas ex communi jure in universum jura, maturae s. minus-plenae aetati propria, ad numerum magis coercita sunt, quam ex nostro jure. Hinc illorum jurium apud nos certe haec tantum adhibenda sunt: primum ea, quorum usum niti possumus in argumentatione tali: quibus juribus jam inferior aetatis gradus, velut is, quem Romanorum minus-plena pubertas amplectitur, satis maturus sive idoneus est, iis eo magis superior aetatis gradus, velut is, quem nostra matura aetas amplectitur, maturus s. idoneus sit necesse est; tum ea, quorum usus firmatur eo, quod legis praeceptum, de quo agitur, sive non pendet ex psychologica aliqua diversorum annorum ratione, sive respicit jura, per se etiam apud nos maturae aetati concessa aut denegata, sive denique in se continet interpretationem tantum vel immutationem jurium eorum.

Jura, de quibus in hac commentationis parte agendum est, pertinent ad facta, quae aut ipso maturae aetatis tempore ejus, de quo agitur, aut tempore huic aetati antecedenti acciderunt.

A. *Jura, minus-plenae majori aetati propria, facta, quae hujus ipsius aetatis tempore acciderunt, respicientia.*

### § 16.

Si puberis *personalem* conditionem spectamus, ei, cujusque est sexus, libera personae potestas et omnia

jura, quae majore aetate valent, concedenda sunt <sup>1)</sup>). Anno decimo septimo completo desinit in aetatis tutela esse, i. e. inde ab hoc tempore, aetatis ratione habita, ipsius personam penitus in suam potestatem habet, quatenus cuique legibus permissum est; ad matrimonium tantum ineundum curatoris consensum edocere debet, qui non nisi ex certis quibusdam caussis denegari potest <sup>2)</sup>; ob alias tamen atque aetatis caussas hac in re coercitus, aequae atque ipsi XXI annis majores, esse potest <sup>3)</sup>). Est igitur puber, mündig, propria personali et primaria vocabuli potestate <sup>4)</sup>).

Quod attinet ad *bona* puber ex edicti a. 1785 praescriptis non minus liber est ab aetatis tutela, imprimis ab aetatis cura, — nullis finibus coercitus ipse in suam potestatem habet, uti XXI annis majores, aequae mobilia atque immobilia bona sua, haec tamen tantum quod attinet ad jus administrandi fruendique, non ita ad jus alienandi, qua in re, ut minor, aetatis curae subjectus est, et ita quidem, ut immobilia bona, sive tota, sive ex parte

1) *Imp. edict.* a. 1785 § 2. Minor completo anno aetatis XVII ad ipsius edicti verba „tritt in die Majorennität“; at nondum penitus suae potestatis fit, quod attinet ad immobilia bona, — ergo plenam majorem aetatem proprie nondum ingreditur. cf. infra sub fin. not. 8.

2) *Kirchen-Gesetz* a. 1832 § 68. Num aetatis, an alius cujusdam conditionis ratione habita hoc praescriptum sit, quaeritur.

3) Velut parentum potestate; minoribus ad matrimonium ineundum parentum consensus opus est. *Kirch.-Gesetz* a. 1832 § 68, 71.

4) Jure Rigens. praescriptum est, ut is, qui maturam aetatem ingressus sit, a magistratu puber declaretur (mündig gesprochen werde). *Rig. Vorm.-Ordn.* a. 1591 § 42.

tantum, neque vendere <sup>5)</sup>, neque oppignerare possit, nonnisi curatore consentiente et consensum suum in literis, his de conventionibus consignatis, nomine adpicto declarante. — Contra etiam curator non habet potestatem, sine consensu ejus, qui in cura est, bona immobilia ejus vendendi aut oppignerandi. Aliter et hic et illic venditio aut oppignratio nulla est <sup>6)</sup>. — Quod de curatore valet, ad parentes quoque, si vivunt, referendum est, praesertim ratione peculiaris puberis patrimonii habita, quamvis hac in re etiam cetera jura, quae parentum potestas amplectitur, alicujus momenti sint.

Praeterea cura quidem ipsa necessaria est, ita ut ex puberis voluntate non pendeat, — sed persona curatoris, si modo ad curam suscipiendam habilis est, a pubere, prout libet, eligitur <sup>7)</sup>, ita ut puber curatorem idoneum

5) Id quod certe in quacunq̄ue alienatione valet.

6) *Reichsrathsgutachten* 3. et 12. Decembris a. 1830; cf. *a Bunge* l. l. §. 344 not. f.

7) Ex antiquiore jure is, qui aetatem *XII ann. et VI hebdom.* compleverat, tutorem (curatorem) sibi eligere potuit; item secundum Imp. edict. a. 1785 § 1 ei, qui *annum XIV* complevit, permissum est, „sich bey dem Vormundschafts - Amte oder Waysen - Gerichte einen Curator von gleichen Eigenschaften, wie wegen der Vormünder verordnet ist, zum Rath und Beistand in allen Sachen, auszubitten“ (cf. infra § 26). Itaque, quum de curatoris constituendi modo nihil diserte praescriptum sit, XVII annis majori jus illud eligendi sibi curatorem, salva judicii confirmatione, certe concedere possumus. Simili modo ex Romano jure plene-puberibus jus tale est, — nam „inviti adolescentes curatores non accipiunt, praeterquam in litem.“ § 2 Inst. de curat. cf. *a Savigny*, von dem Schutz der Minderjährigen etc. (Berlin 1833) pag. 26. Denique in *Reichs-*

sibi sumat et curiae rei pupillaris ad confirmationem proponat<sup>8)</sup>. Uti vero in usu est, puber curatorem sibi non eligit, sed is, qui antea tutor erat, curatoris vices et munus tacite suscipit, curiae pupillaris confirmatione haud

*gutachten* 12. Decembris a. 1830 mentio facta est curatoris, ab ipso pupillo electi.

8) Quae a Bunge l. l. § 322 not. b, § 334 not. c, § 344 not. b de curatoris constituendi modo affert, non spectare videntur ad aetatis curam, de qua in Imp. edict. a. 1785 agitur. — Quae de puberis juribus, in bonis valentibus, exposuimus, nituntur partim in *Imp. edicto* a. 1785, partim in praescriptis *med. jur. eq. Liv.*, quae edicto illi non repugnant, ideoque adhibenda sunt, uti *cap. 10*: Steruet ein man de kinder hefft, söns vnde döchter, vnde synt de kinder tho eren jaren nicht gekamen, so schal de negeste swertmage vormund syn, yfft he des Stichtes man ys. — — Synt öuerst de kinder tho eren jaren gekamen, edder wenn se twelf jar vnde sös weken olt werden, so schollen de söns er gutt entfangen vnde huldigen erem heren, vnde mögen tho vormündern kesen einen des Stichtes man, den se willen. *Cap. 25*: Wenn ein kindt tho synen jaren gekamen ys, so schal ydt syn gutt entfangen van synem heren, vnde mach einen Vormünder kesen, wen ydt will, de des Stichtes man sy, de schal antworten, wor ydt dem kinde behoff sy. *Cap. 50*: Ein Vormünder mach kein gutt vorköpen, noch vorstiften, noch vorsetten, ane vullwort deryenigen, der he vormünder ys, yfft he tho eren iaren kamen synt. Synt se öuerst benedden eren iaren, so mögen se ydt wedderkeren, wenn se tho eren iaren kamen, vnde bliuet vnstede. Vorsümen se ydt öuerst, dat se ydt nicht wedderreden binnen iar vnn dach, na dem se tho eren iaren kamen synt, so moth ydt stede bliuen. — cf. *Coodz* T. X art. 214. — Si mente comprehendimus, quae de pubere, ratione ipsius personae bonorumque habita, exposita sunt, intelligimus, quo modo acciderit, ut edictum a. 1785 et

accedente, — aequae ac si impuberi XIV annorum ipsi roganti curator tutoris loco datus est, hic curator etiam completo XVII aetatis anno impuberis curatorem esse pergit, etsi sub aliis conditionibus.

### § 17.

Recentiores leges, quae ad edictum a. 1785 interpretandum promulgatae sunt <sup>1)</sup>, exceptionem supra memoratam, qua puberis libera potestas ipsius personae et bonorum quod attinet ad jus vendendi (s. alienandi) et oppignerandi bona immobilia coercita est, partim interpretantur, partim latius extendunt, et ita quidem, ut pu-

leges, quae hac de re proxime secutae sunt, eum, qui annum XVII compleverit, majorem aetatem ingressum esse dixerint. Quum tamen haec major aetas quodammodo finibus coercita esset, plena non videbatur, unde distinctio inter plenam et minus-plenam majorem aetatem orta est, ita ut plenae majori aetati (полное совершеннолѣтіе) opposita sit aetas XVII annorum, eaque minus-plena major aetas vel simpliciter major aetas (совершеннолѣтіе) appellata sit. Quum tamen haec aetas nihil aliud esse videatur, nisi matura aetas sive pubertas, rectius nominabitur Mündigkeit, Mündigkeitsalter, isque, qui hujus aetatis est, puber s. mündig, sicuti is, qui ad eandem nondum pervenit, impuber s. unmündig. — Pari modo in legibus Russicis ii, qui XVII annis minores sunt, малолѣтныя, ii autem, qui XVII annis majores et XXI annis minores sunt, несовершеннолѣтныя (art. voc. pot.) nonnunquam appellantur. cf. *Сводъ* T. X art. 207, 211 seqq. alique.

1) *Reichsrathsgutachten* 15. Decbr. a. 1826 (publ. per lit. pat. Liv. 12. Aprilis a. 1827), 3. Decembris a. 1850 (publ. per lit. pat. Liv. 6. Maji a. 1850), 28. Maji a. 1856 (publ. per lit. pat. 10. Augusti ej. a.); cf. *Reichsrathsgutachten* 12. Decembris a. 1850.

her iis legibus jam arctioribus finibus coercitus videatur, quam ex edicti praescriptis erat; quae quidem leges omnes, si paucis complectimur, haec fere statuunt: qui ad aetatem septemdecim annorum pervenit, suscipit quidem bonorum suorum administrationem, sed aes alienum contrahere, syngrapham cum aliquo facere et cujusvis generis literas, ad bona (immobilia) spectantes praescriptoque modo iudicis subsidio edendas (акты)<sup>2)</sup>, et pactiones consignare, item pecunias ouipiam foenori datas dispo- nere, vel ex institutis, publicae fidei caussa fundatis (Kreditanstalten), recipere non aliter potest — sive est separatus, sive non-separatus filius, — nisi curatore consentiente et consensum suum nomine illis literis ap- picto declarante, quum aliter scripta obligatoria (обязательства), a pubere exhibita, rata haud censenda sint<sup>3)</sup>.

2) In quorum numerum etiam literae de venditione, mu- tatione aliisque exhibitae, porro testamenta et pacta heredi- taria referenda sunt.

3) *Сводъ закон. Т. X. art. 214.* Достигшій семнадцати- лѣтняго возраста вступаетъ въ управление своимъ имѣніемъ; не дѣлать долги, давать письменныя обязательства и со- вершать акты и сдѣлки какого-либо рода, а равно распоря- жаться капиталами, гдѣ-либо въ обращеніи находящимися, или получать тановые обратно изъ Кредитныхъ Установле- ній можетъ, — безъ различія дѣтей отдѣленныхъ отъ неот- дѣленныхъ, — не иначе, какъ съ согласія и за подписью сво- ихъ попечителей, безъ чего никакія выданныя имъ обяза- тельства не могутъ почитаться дѣйствительными. — *Lege recentiore constitutum est, ut omnia, quae de puberis jure dispo- nendi legibus praescripta sint, in omnibus puberibus valeant, nulla ex- ceptione in puberibus ordinis mercatorii facta. cf. Сводъ l. l. art. 217.*

Ceterum, ex ipsis his legibus aequae atque ex corpore jur. Russ. 4) patet, hanc legis dispositionem ad bona tantum sive patrimonium, non ita ad personam relatam esse. Memorandum denique, in certis quibusdam causis eos, qui cum puberibus aut impuberibus negotia contraxerint, poena affici et quae ipsi jam praestiterint, amittere 5).

Quid generatim de puberum juris conditione et de generalibus juribus valeat, jam exposuimus; sed adjiciendum praeterea, ex nostro jure et odia et beneficia juris maturae aetati separatim attributa esse, quae rursus ex parte generatim, ex parte ut exceptiones tantum, ratione habita certae cujusdam conditionis, constituta sunt. Illa tantum huc pertinent, et ex iis praecipue memoranda sunt haec :

- 1 In minores ampl. et arctiore vocabuli potestate, itaque etiam in puberes, praescriptio, et acquisitiva et extinctiva, non currit 6). — qua de re tamen dubitari licet 7).

---

4) cf. *Ceodz* l. l. art. 211 seqq.

5) cf. *Gesetzbuch der Criminal- und Corrections-Strafen* (St. Petersburg 1846) art. 2214. Wer wissentlich von einem Unmündigen, oder einem Minderjährigen, ohne die vorschriftmäßige Erlaubniss dazu, oder aber ohne die, vermöge der hierüber bestehenden Gesetze erforderliche, Zustimmung der Curatoren (etiam parentum?), ein demselben gehöriges Gut gekauft hat, wird hierfür verurtheilt: zur Gefängnisstrafe auf eine Zeit von drei bis sechs Monaten und ist verpflichtet das Gekaufte ohne alle Entschädigung zurückzugeben. cf. porro *ibid.* art. 2201, *Ceodz* T. X. art. 212 annot. in suppl. VI.

6) cf. *a Bunge* l. l. § 126 not. g. et in theor.-pract. Erörter. T. III. pag. 100 sub num. 3, — qui nititur in *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 55, *Test.-Stadga* a. 1686 § 8, not. c. pag. 113 LL., et in *Sen.-edicto* 21. Junii a. 1815 § 5.

7) Nam etsi *Vorm.-Ordn.*, *Test.-Stadga*, LL. l. l. ad *minores* referre liceat, tamen *Sen. edictum* 21. Junii a. 1815 § 5, — quod est recentior lex, — non de *minoribus*, sed de *impuberibus* tantum

2. Puberes ad matrimonium ineundum indigent parentum, aut, si orbi sunt, consensu curatoris, a quo tamen ex certis tantum caussis denegari potest<sup>8</sup>).
3. Si puber mulierem ad stuprum illexerit, matrimonium ei promittens, neque ipse ad matrimonium ineundum cogi, nec mulier Consistorii decreto pro uxore a viro discedenti declarari potest, itaque non fruitur juribus uxoris ejusmodi<sup>9</sup>).

agere videtur; statuit enim; — — — Также и то никакому сомнѣнiю не подвержено, что дѣла *малолѣтнихъ*, безумныхъ и отсутствующихъ подлежатъ изъ общаго правила исключенiю, на основанiи существующихъ объ нихъ особенныхъ законовъ, i. e. si ad verbum interpretamur: Id quoque non dubium est, quin res *impuberum* — — — exceptioni regulae subjectae sint, in fundamento propriarum legum, quae de iis valent. — *Малолѣтний* enim est, qui annum XVII nondum compleverit (vid. *Сводъ* I. I. art. 207 not.) i. e. *impubes*; qui majores XVII annis, sed minores XXI annis sunt, non appellantur малолѣтные, sed несовершеннолѣтные, videlicet arctiore vocabuli potestate, nam vocabulo несовершеннолѣтный ampliore voc. pot. etiam малолѣтный intelligitur. — Porro, in *Сводъ*, (edit. a. 1842) art. 218, legimus quidem haec: „Со времени достиженiя полнаго совершеннолѣтiя (двадцати лѣтъ съ годомъ) полагается и срокъ десятилѣтней давности по всякимъ дѣламъ и искамъ несовершеннолѣтнихъ“, — sed in *Supplemento* VI articulus hic sic emendatus est: „Срокъ давности по дѣламъ малолѣтнихъ исчисляется на основанiи правилъ, постановленныхъ въ статьяхъ 479 и 2232“, — in *art.* autem ibi laudato 2232 praescriptum est: — — При исчисленiи десятилѣтняго срока давности наблюдаются слѣдующiя правила: 1) Наслѣднику или преемнику правъ вотчинника, не искавшего о принадлежавшихъ ему имуществъ менѣ десяти лѣтъ, должно оставаться столько

B. *Jura, minus-plenae aetati propria, facta, quae tempore huic aetati praecedente acciderunt, respicientia.*

§ 18.

Huc pertinet praecipue actio indemnitis et in integrum restitutio. Nostrum jus a Romano jure hac in parte maxime eo dissentit, — praetermissis singulis de utroque remedio praescriptis, — quod ex Romano jure ut omnium restitutionum, ita etiam minorum restitutionis conditio necessaria est, ut aut prorsus nullum aut non idoneum juris sui tuendi servandique caussa laeso adsit subsidium ordinarium <sup>1)</sup>, — ex nostro autem jure utrumque remedium juris, pro re et tempore, simul adhiberi potest <sup>2)</sup>.

I. Actio indemnitis. Competit haec actio puberi in eum, cujus tutelae subjectus fuit <sup>3)</sup>, — et in

времени для начатія иска, сколько оставалось въ день смерти его предшественника, или въ день перехода къ нему правъ на имущество. 2) Если наследникъ или преемникъ права на имущество будетъ малолѣтней, то на все время малолѣтства его теченіе давности пріостанавливается. Съ достиженіемъ же совершеннолѣтія, ему предоставляется по вышесказанному только остальное отъ его предшественника время; но буде оно составитъ менѣ двухъ лѣтъ, то ему предоставляются полные два года.

8) *Kirchen-Gesetz* a. 1832 § 68—71.

9) *ibid.* § 90, 93.

1) *Mühlenbruch, Doctrina Pand.* § 169, 338.

2) *Imp. edict.* 30. Decembris a. 1796 (publ. per lit. pat. Liv. 23. Januarii a. 1797).

3) *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 55. So bald der Unmündige seine mündige Jahre erreicht, oder eine Jungfer sich befreyet,

ejusdem heredes<sup>4)</sup>. Ex jure terrestri intra annum et diem, i. e. intra annum et sex hebdomades, instituenda est haec actio, qui terminus sub praecclusionis poena constituitur, ita ut eo praetermisso tutor omnino liberetur<sup>5)</sup>. Iis, qui in Imperio versantur, terminus ille incipit a matura aetate ineunte, iis autem, qui eo tempore extra Imperii fines commorantur, simulac in Imperium reversi sunt<sup>6)</sup>. Quae exposuimus in utroque sexu valent<sup>7)</sup>. Ex jure oppidano actio illa intra sex menses post redditas a tutore summas rationes (Schlussrechnung) instituenda est, quia intra hoc tempus utrimque omnes petitiones instaurantur necesse est, alioquin praescribuntur<sup>8)</sup>.

---

und der so ausserhalb Landes gewesen, wieder zu Hause kommt, so stehet ihm frey, Jahr und Tag rechtlich nachzufragen, wie sich der Vormund verhalten, wenn aber Jahr und Tag vorbey, so ist der Vormund frey von aller Ansprache. cf. *Rig. Vorm.-Ordn.* a. 1591 § 45.

4) cf. *a Bunge* l. l. § 322 not. h., § 333 not. i.; *Rig. Vorm.-Ordn.* l. l. Vid. quoque pag. 113 LL. *Rig. Vorm.-Ordn.* § 32, 33, 41, *Livländ. Bauer-Verordn.* § 265, 380.

5) *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 35.

6) *ibid.*, cf. *a Bunge* § 195 not. e. In § 322 contendit idem, terminum hunc incipere simulac tutela finita sit; de absentia impuberis eo tempore, quo maturam aetatem ingreditur, ibidem non agit. Ceterum, quae absentia in praescriptionibus efficiat (vid. *ibid.* § 195) hoc loco certe non neglexit, sed ad regulam tantum illam tacite delegavit.

7) Secundum *Imp. edict.* a. 1785 § 3; ex antiquiore jure in feminis terminus ille incepit simulac nupserunt. *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 35.

8) *Rig. Vorm.-Ordn.* a. 1591 § 45.

## § 19.

II. In integrum restitutio. Fundamentum hujus remedii jam antiquiore nostro jure cognitum est, id quod apparet ex eo, quod tutores tutelam gerentes neque omitendo, nec committendo aliquid facere potuerunt, quod in pupilli detrimentum vel praejudicium caderet<sup>1)</sup>. Sed si singulas quaestiones, quae huc pertineant, respicimus, ex minima tantum parte propria hac de re praecepta exstant, — quare juris communis praecepta in universum in subsidium adhibenda videntur. At Romanum et nostrum jus in hoc remedio quodammodo inter se differunt; primum, quod jam memoravimus, ex nostro jure in integrum restitutio et actio indemnitate simul adhiberi possunt<sup>2)</sup>; praeterea ad facta tantum, quae impubertatis tempore acciderunt, restrictum est illud jus impetrandi aetatis causa in integrum restitutionem contra valida gesta<sup>3)</sup>; denique, ex recentiore jure, et puberi et majori, prout justa restitutionis causa est, hoc remedium juris competit<sup>4)</sup>. Ita-

---

1) *Med. jus eq. Liv. cap. 49.* We Vormünder ys frouwen, edder kindern, de schal se vnde er gudt vorstan, vnde er gudt in erem nütten keren, vnde schal erem heren denstes pligen, vnde wat he verdeit in erem verue, dat neme he van dem eren. Kumpt de vormünder in yennigen schaden, van erent wegen, den Schaden schollen se dregen. Ein Vormünder en mach noch frouwen, noch kinder gudt vor gerichte vorspreken, noch vorsümen; behaluen weddet he vor gerichte, van erent wegen, das sy er schade. cf. *Jus feud. Wald.-Eric. art. 4.*

2) cf. supra § 18.

3) cf. restitutionis caussae, quae sequuntur.

4) cf. eadem.

que Romani juris praecepta, ad differentias memoratas spectantia, adhibenda non sunt. — Ceterum, de restitutionis caussis et de terminis in iis observandis maximam partem propria praescripta nos habemus, quorum praecipua sunt, quae sequuntur. Primum agamus de restitutionis caussis propriis.

1. Omnia immobilia bona, quae puberis fuerant tempore impubertatis, et sive tota sive tantum ex parte tum temporis a tutore vendita aut oppignerata sunt, puber, simulac maturam aetatem ingressus est, redditis omnibus, quae ex venditione, aut oppigneratione in ipsius patrimonium venerint<sup>5)</sup>, repetere potest<sup>6)</sup>, i. e. redimere (einlösen)<sup>7)</sup>. Sunt, qui contendunt, ex nostro jure hoc remedium locum non habere, si ad venditionem cujusdam rei pupillaris, a tutore factam, magistratus decretum de alienando accesserit<sup>8)</sup>, — quare decretum tale hodie plane

5) *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 29. cf. quoque Janckiewicz l. l. sub voce Pupillen § 2.

6) *Med. jus eq. Liv.* cap. 50 (vid. supra § 16). „*Wedderkeren*“ vocabulum perpetuum pro impetrare hoc beneficium fuisse videtur; cf. antiq. q. d. jus eq. Liv. art. 14, jus feud. Wald-Eric. art. 4, Dat Rig. Recht, ed. Oelrichs part. 4 cap. 5, part. 7 cap. 7, et gloss. Oelricianum sub voce wedderreden, wedderkeren; a' *Buddenbrock* in cap. 50 legit wedderreden pro wedderkeren, — cujus tamen emendationis justa causa non esse videtur.

7) Sunt, qui hoc jus repetendi et redimendi (Revocations-u. Einlösungsrecht) confundant cum jure retractus (Näherrecht), velut *Samson v. Himmelstiern*, livl. Erbschafts- und Näherrecht (Riga 1828) § 1005; cf. a *Bunge* l. l. § 174 not. b.

8) Velut *Janckiewicz* l. l. sub voce Näherrecht § 21 in app.

more et usu receptum est; sed neque in terrestris<sup>9)</sup>, neque in oppidani juris<sup>10)</sup> fontibus hic usus nititur.

§ 20.

2. Si tempore impubertatis puberis cujusdam vendita sive alienata sunt bona immobilia, quae quidem ipsius non erant, in quibus tamen ex jure consanguinitatis jus retrahendi ei competiit in acquirentem tanquam extraneum, impuber (modo puber), si modo ipso alienationis tempore jam conceptus vel natus fuerat<sup>1)</sup>, simulac maturam aetatem ingressus est, aut, si tum temporis extra Imperii fines erat, simulac postea in Imperium reversus est, actionem ex jure retractus tamen instituere potest, quamvis terminus, sub poena praecclusionis in proclamate de venditione praefixus ad exercendum jus retractus, praeterierit itaque venditio omnino perfecta habenda sit. In his igitur in integrum restitutio constat<sup>2)</sup>, — et hominibus utriusque sexus competit<sup>3)</sup>.

9) Provocant ad not. \* pag. 163 LL, — signatae autem Codicis Land-Lagh (LL.) notae apud nos non receptae sunt; praeterea nota illa nititur legibus, quae per se apud nos haud valent.

10) *Rig. Vorm.-Ordn.* a. 1591 § 26 sub fin., ad quam provocant, huc non pertinet, quum de alia causa ibi agatur; § 25 ibid. quidem huc pertinet, sed praescribit tantum, ut venditio immobilium bonorum pupillarum, a tutore sine decreto de alienando magistratus pupillaris facta, haud valeat, quamvis utilis et necessaria sit. At, in integrum restitutio nonnisi in *valida* gesta adhibenda est.

1) cf. *v. Samson* l. l. § 979.

2) *Med. jus. eq. Liv.* cap. 66: Ein man de dar Eruen hefft, de en mach sodan gudt nicht vorköpen, als em syn vader

3. In integrum restitutione puber etiam fruitur, si tempore immaturae ipsius aetatis testamentum quoddam, quod impugnare potuisset, praeterito termino praecusivo, ad impugnandum testamentum praefixo, vel praescriptione res iudicata facta est; nam simulac maturam aetatem ingressus est, tale testamentum tamen impugnare potest, simodo mortis tempore testatoris jam conceptus vel natus fuerat<sup>4)</sup>. De absentia eadem quae in caussa secunda valent.

Terminus, in tribus caussis memoratis ad petendam in integrum restitutionem a pubere observandus, vulgaris

---

geeruet hadde, edder vthsetten ane syner Eruen vullwort, he möge denn bewisen echte nodt, dat ist vencknisse, besettinge, edder armut, öuerst de Eruen mögen sick wol vorsümen, wedderspreken se ydt nicht binnen iar vnn dach, wenn se tho eren iaren kamen syn. Bespreken se ydt denne, so beholden se er erue, vnde geen den yennen er gelt, dat er vader hefft vgehauen. — De absentiae vi cf. *Sen. edict.* 21. Junii a. 1815 § 5, a *Bunge* l. c. § 193. cf. quoque *Janckiewicz* l. l. sub voce Näherrecht, praecipue add. prius sub fin. § 24, § 1 cap. 8 LL. —

3) *Imp. edict.* a. 1785 § 3.

4) *Testam.-Stadga* 3. Julii a. 1686 § 8: Will einer mit Récht und Raison auff ein Testament sprechen, der muss solches thun binnen Nacht und Jahr nach des Testators Tode; — denen Unmündigen wird Nacht und Jahr nach Ihrer Minderjährigkeit vorbehalten, wie auch da sie unmündig versterben, ihren Erben selbiges Recht innerhalb Nacht und Jahr nach solchen Sterbefall reserviret wird. cf. *Janckiewicz* l. l. sub voce Testament § 2, not. f. pag. 132 LL., cf. etiam ea, quae de caussa secunda exposuimus.

est nostri juris terminus praeclusionis, videlicet annus et dies, sive annus et nox, i. e. annus et sex hebdomades <sup>5)</sup>. A quo temporis puncto ipsis puberibus incipiat hic terminus, jam exposuimus; quod attinet ad impuberis heredes discernendum est hoc modo: si is, de cujus hereditate agitur, impuber mortuus est, heredes intra annum et diem eodem jure, quo ipse impuber, fruuntur, incipit enim iis terminus ille a mortis tempore pupilli <sup>6)</sup>; sin vero puber mortuus est, heredibus id tantum temporis spatium, quod usque ad terminum illum inde a mortis tempore puberis superest, restat <sup>7)</sup>.

### § 21.

Duae praeterea restitutionis caussae, quae in jure Russico nituntur, respiciendae sunt. Primum videamus, quid ipsae leges statuunt.

1. Minor, qui maturam aetatem ingressus est, omnes judiciorum sententias sibi noxias, quae ad bona sua spectant, in superiore instantia, interposita appellatione, reassumere potest, si tempore immaturae ejus aetatis publicatae et tutoris negligentia vel consensu res iudicatae factae sunt <sup>1)</sup>. Idem puberibus eo magis conceden-

5) *Med. jus. eq. Liv.* cap. 50, 66; *Testam. - Stadga a. 1686* § 8, not f. pag. 132 LL.

6) *Testam. - Stadga l. l.*

7) Secundum jur. commun. praecepta. cf. *Göschel, Vorlesungen über das gemeine Civilrecht* (Göttingen 1838,) T. I, § 186.

1) *Imp. edict.* 30. Decembris a. 1796, in quo quidem de eo, qui factus est „majorenn,“ agitur, sed ex ipsius legis dispositione apparere videtur, hoc vocabulum, — aequae atque in

dum est in tutoris factis pupillo noxiis, ne iudicis quidem confirmatione vel auctoritate peractis, ex quibus tamen excipienda videntur ea tutoris et iudicis facta, quae ad personam non ad bona pupilli spectant, eamque ob causam rarissime restitui possunt.

2. Si in caussa aliqua ita per sententiam iudicis decretum erat, ut caussa intra aliquod temporis spatium (annum) prosequenda esset<sup>2)</sup>, a tutore vero terminus ille neglectus, ideoque caussa a iudice deleta est, puber causam reassumere potest<sup>3)</sup>. Num idem in aliis etiam caussis, negligentia tutoris a iudice deletis, valeat, quaeritur.

In utraque caussa memorata idem terminus ad impetrandum juris remedium valet, qui est duorum annorum, ab initio maturae aetatis incipiens, pro iis, qui in Imperio vivunt, trium autem annorum, inde ab eodem tempore incipiens, pro iis, qui extra Imperii fines versantur<sup>4)</sup>.

---

edicto a. 1785, — intelligendum esse *non-plenam* majorem aetatem, ab anno XVII compl. incipientem, i. e. maturam aetatem s. pubertatem; cf. supra § 16.

2) Secundum *edictum* 12. Martii a. 1781; cf. *Сводъ* T. III, art. 72.

3) *Imp. edict.* 30. Decembris a. 1796. Non derogat ei *Imp. edict.* 5. Aprilis 1798, quo praescriptum est, ut in appellationibus adversus iudicii aulici Livonici sententias eadem observarentur, quae antea valuissent, quam lex illa, quam Gouvernements-Verordnung dicunt, etiam in Livoniam extensa esset. Nam posterius edictum respicit tantum generalem de appellatione legem, *Imp. edictum* 17. Augusti a. 1797, non specialem, *Imp. edict.* 30. Decembris a. 1796.

4) *Imp. edict.* 30. Decembris a. 1796.

In corpore juris Russici prior caussa aliter se habet, nam ibidem praescriptum est tali modo: si impuberes ad plenam s. legitimam aetatem pervenerunt, i. e. XXI annos compleverunt, et in Russia versantes intra duos annos, extra Imperii fines viventes intra tres annos, appellationem, iis competentem, rogarunt, — appellatio iis concedenda est, quamvis eorum tutores cum sententia a qua consenserint <sup>5)</sup>, vel generalis appellationis interponendae terminus praeterierit <sup>6)</sup>. Itaque quod ipsa lege *puberi* concessum est, relatum videmus ad eum, qui extra pubertatem excedens *majorem* aetatem ingressus est. — Quod in hac caussa valeat, in altera quoque obtinere conjici licet. Itaque juris Russici caussae memoratae restitutionis in *majorum* juris conditionem cadere videntur. Sunt eaedem, ad quas jam supra, ubi de majoris aetatis beneficiis disputavimus, delegavimus <sup>7)</sup>.

---

3) Itaque appellationes, quae tempore *impubertatis* interponendae sunt, hic respiciuntur.

6) *Сводъ Т. X. art. 277.* Если малолѣтныя, пребывающіе въ Россіи, по достиженіи ими полнаго совершеннолѣтія, то есть, двадцати лѣтъ съ годомъ, въ теченіе двухъ, а находящіеся за границею въ теченіе трехъ лѣтъ, будутъ просить о принадлежащей имъ апеллаціи: то должны быть къ оной допускаемы, хотя бы опекунами ихъ и было подписано удовольствіе, или же пропущенъ общій апеллаціонный срокъ. — Addita sunt fundamenti loco *Imp. edict. 30. Decembris a. 1796, Reichsrathsgutachten 3. Novembris a. 1842,* quae quidem lex posterior per lit. pat. apud nos non publicata est.

7) cf. supra § 14.

#### IV. Pupillaris aetas sive impubes aetas.

##### § 22.

Juris conditio, impuberibus ampl. v. p. sive pupillis (Unmündigen im weitern Sinne, малолѣтныя) propria, nititur iis praeceptis, quae de eorum persona bonisque valent.

Quod attinet ad pupillorum *personalem conditionem*, impuberes, — si generalia principia spectamus, — in universum nondum civitatis justici participes, sed tantum familiae sunt habendi 1). Etiam infantia majoribus, quippe quibus nondum satis considerantiae atque intelligentiae tribuendum sit, leges sine periculo concedere non possunt, ut ad suum arbitrium vivant. Ideo ut infantes ita quoque infantia majores sive impuberes arct. v. p. ad personam necesse est subjiciantur non parentum tantum, sed etiam, si orbi sunt, tutoris potestati atque auctoritati usque ad id tempus, quo maturam aetatem ingressi sint 2), — si quidem normam respicimus. Dum in hac potestate versantur sine parentum sive tutoris consensu atque auctoritate nihil inire, quo obligentur, nullumque negotium recte gerere possunt 3), ita ut omnia negotia,

1) *Instructio Imp. Catharinae II.* 30. Julii a. 1767 § 428.

2) *Instr. laud.* § 428, 429; *med. jus eq. Liv. cap. 10, Imp. edict. a. 1785.*

3) *Vorm.-Ordn. a. 1669 § 39.* Die Unmündige, so lange sie noch unter der Vormundschaft seyen, sollen ihren Vormündern, als welche an Eltern statt sind, mit aller Ehrerbietung begegnen, nictes ohne derselben Consens, auch also thun, dass Er durch ihr sittsames gutes Leben, desto mehr angetrieben werde,

sine parentibus vel tutore a pupillo ipso per se gesta, clam gesta habeantur, ideoque ex jure civili nulla sint <sup>4)</sup>; et per exceptionem tantum in certis quibusdam caussis, si pupillis utilitati esse videantur, rata haberi possint <sup>5)</sup>.

Si specialia praecepta respicimus, praecipue consideranda videntur, quae sequuntur.

1. Impuberes feminae ad matrimonium ineundum indigent consensu parentum vel, si orbae sunt, consensu tutoris, in cujus potestate sunt <sup>6)</sup>.

---

ihr Recht und Auferziehung zu beobachten. cf. quoque *ibid.* § 36. *Imp. edict. a. 1785.* — De impuberum obligationibus ex delictis in hac commentationis parte non disputandum est.

4) Id quod colligimus ex *Vorm.-Ordn. a. 1669 § 39*, ratione habita c. 5 *Cod. de legibus.* cf. quoque *Budb.-Schrads Landr. II, 12. § 28, 29, not. b pag. 384 LL.* „In Ansehung der Parteien wird eine Nullität committiret (a judice in sententiis) entweder da einer derselben, oder beyde, zur Sache gar nicht gehören, oder dass einer noch unmündig, und unter eines andern Direction stehet, sonderlich in Civil-Sachen.“ — Num naturalis obligatio ex aliquo pupilli negotio, sine tutore gesto, pupillo oriatur, quaeritur. Ex nostra sententia impuberes arct. v. p. in universum naturaliter se obligare possunt.

5) cf. infra impuber aetas arct. v. p. cf. quoque a *Bunge l. l. § 314*, qui tamen nimis universe dicit: „Alle Handlungen und Rechtsgeschäfte, welche er (pupillus) ohne Wissen und Genehmigung des Vormundes vornimmt, sind daher nichtig, und für ihn, den Pupillen, nicht verbindlich, es sey denn, dass sie zu seinem Vortheil gereichen, in welchem Fall sie in Kraft erhalten werden.“ In hac re distinguendum enim est inter impuberes arct. v. p. et inter infantes. cf. infra § 24.

6) *Kirchen-Gesetz a. 1832 § 70, 86.*

2. Impuberes esse non possunt baptismatis testes, nisi XV annis majores sunt<sup>7)</sup>.
3. Impuberes jus standi in judicio non habent<sup>8)</sup>.
4. Quae Russicum jus de impuberum conditione sigillatim statuit, maxime ad criminale jus spectant, itaque huc non pertinent.

### § 23.

Quod attinet ad *bona* sive patrimonium, impuberes partim odii, partim beneficiis juris utuntur.

Si regulam respicimus usque ad maturam aetatem<sup>1)</sup> impuberes utriusque sexus<sup>2)</sup> neque bona sua administrare, neque inter vivos disponere possunt, — quae etiam aliis mandare nequeunt. Quodcunque negotium, quod ad impuberis bona spectat, tutor<sup>3)</sup> recte peragit, sive in judicio sive extra judicium, — ipse impuber per se nullum negotium recte gerit, sed tantum cum consensu atque auctoritate tutoris, ex jure oppidano etiam curiae rei pupillaris, — aliter negotium haud valet, nullum est<sup>4)</sup>, atque ii,

7) *ibid.* § 24.

8) *Not. b.* pag. 384 LL., *Stat. Rig.* I, 6. § 1, cf. *a Samson* l. l. § 22.

1) De exceptione vid. infra § 26.

2) *Imp. edict.* a. 1785 § 3.

3) De parentibus in universum idem valet ratione peculiaris impuberum patrimonii habita. cf. supra § 16.

4) *Med. jus eq. Liv.* cap. 49, *Imp. edict.* a. 1785, *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 39, *Rig. Vorm.-Ordn.* a. 1591 § 26, *Stat. Rig.* I, 6. § 1, *livländ. Bauer-Verordn.* § 217, 353, 370, 384, 458, 449; cf. quoque *Сводъ* l. l. art. 211. Vid. quoque *a Bunge* l. l. § 46, 314, 329, 339. — l. 189 *Dig. de reg. jur.* : Pupillus nec velle nec nolle in ea aetate, nisi adposita tutoris auctoritate,

qui cum impubere contraxerunt, in certis quibusdam causis afficiuntur poenis et quae ipsi jam praestiterint amittunt<sup>5)</sup>; per exceptionem tantum negotia quaedam, a pupillo sine tutoris consensu atque auctoritate gesta, rata haberi possunt, quippè<sup>6)</sup> quae ei utilitati sint<sup>6)</sup>. — Item impuber mortis causa bona sua disponere, imprimis testamentum facere non potest quamdiu sub tutela est<sup>7)</sup>;

---

creditur; nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

5) Vid. supra § 17.

6) Vid. supra § 23.

7) *Testam. Stadga a. 1686 § 7.* Jünglinge, welche unter der Vormundschaft stehen, mögen nicht testiren, bevor sie zu ihren gebührenden Jahren gelanget; mannbare Jungfrauen aber, die zum guten Verstande gekommen und sich zu bescheiden wissen, und etwas erwerben oder ersparen können, ob sie gleich unter der Vormundschaft stehen, mögen dennoch Testament machen über das was ihnen zugehörig und nach den Rechten sampt dieser Verordnung zulässig ist — —. Quae de feminarum testamento praescribuntur, in perpetua feminarum cura, quae tum temporis valebat, nituntur, itaque, sublata per edict. a. 1785 illa cura, non amplius obtinent. Ideo feminae aequae libere ac viri, si modo puberes neque alia ratione coercitae sunt, testamenta facere possunt; nihilo tamen minus in praxi requiritur, ut etiamsi majores sint curatorem (Assistent) adhibeant. cf. *a Bunge l. l. § 378 not. i.* — Item non valent, quae *Stat. Rig. III, 4. § 4* de testamenti factione statuunt, quum iis deroget *Imp. edict. a. 1785*; ex oppidano jure hodierno hac in parte idem quod ex jure terrestri obtinet. Ex jure rusticorum impuberes pari modo non habent testamenti factionem activam. *Livländ. Bauer-Verordn. § 458.* — Itaque facultas testandi ex nostro jure incipit ab ipsa matura aetate, — sed usque ad legi-

testamentum ejus nullum est, neque convalescit, etiam si tutor postea consentiat, vel si ipse impuber, maturam aetatem ingressus, testamentum haud deleverit vel alio non facto mortuus sit.

Contra impuber beneficiis quibusdam fruitur, ex quibus tamen praecipua tantum respiciamus :

1. Dicitur quidem solet<sup>8)</sup> „Pupillen-Gut kann weder sinken noch brennen“, — sed nimis universe hoc dictum videtur, nam ex legum praescriptis id tantum colligi potest: casum praestat pupillo vel impuberi et is, qui ejus bona ita administrat, ut quotannis rationes de acceptis atque expensis reddere non debeat<sup>9)</sup>, et is, qui quidem tanquam tutor rationes hujusmodi reddere debet, sed negligentia sua omnia accurate in rationes referre non potest<sup>10)</sup>.

tinam aetatem eodem modo finibus circumscripta est, ac jus inter vivos disponendi. Singularis terminus testamenti factionis, a generalibus aetatis gradibus differens, apud nos non exstat.

8) Brocardicon hoc juris Suecici memorat inter alios etiam *Janckiewicz* l. l. sub voce: Pupillen § 4.

9) *Vorm.-Ordn.* a. 1669 § 30. — — Hat aber Jemand eines Kindes Guht unter Händen, und ist nicht verbunden nach Recht, jährlich Rechenschaft zu geben, was er einnimmt oder ausgiebt, selbiger soll verpflichtet seyn, alles Gulit der Kinder, so gut und so viel desselben gewesen, als er es empfangen, wieder auszuantworten, und mag denen Kindern weder sinken noch brennen, was solcher gestalt entkommen. cf. *not.* b pag. 113 LL.

10) *Vorm.-Ordn.* l. l. Mit allen Güthern der Kinder sollen die Vormünder fleissig und treulich umgehen, und sich angelegen seyn lassen, solchem mit gleichem Fleiss, Sorg und Bedacht, als wenn es ihr eigen wäre, vorzustehen; und wenn

2. Tutor, si in ejus bonis concursus creditorum acciderit, quod attinet ad tutelarem administrationem et pupillares in se petitiones inde natas, beneficio cessionis bonorum non fruatur <sup>11)</sup>; ut hoc beneficio fruatur, tutelares rationes prius confecerit et quae ex iis praestanda sint, solverit necesse est.
3. Pupillo non solum ob tutelarem administrationem competit tacita hypotheca omnium tutoris bonorum inde ab eo tempore, quo tutela inceperit <sup>12)</sup>, — sed, ex jure terrestri, etiam ob pupillares pecunias (Waysen-Gelder) <sup>13)</sup>, — et tales hypothecae privilegio gaudent <sup>14)</sup>.

---

ein Vormund solchen billigen Fleiss anwendet, wie einem verständigen Hauss-Vater gebühret, und denen Unmündigen alles genau berechnet, so soll Er billig aller übrigen Ansprache befreyet seyn, wie er denn auch für Ansprache frey ist, wenn der Kinder Guht nach vorberegeten mäglichen Fleiss durch Wasser, Feuer oder andern Schaden, ohne sein Versehen, verlohren würde. (Sequuntur verba, nota antecedenti laudata.) cf. *Rig. Vorm.-Ordn.* a. 1591 art. 32 — 34.

11) *Reg. Resol.* 28. Maji a. 1687 pag. 468 LO. — — — soll solches (i. e. beneficium cessionis bonorum) ebenfalls nicht zugelassen werden, — — — auch nicht den Vormündern für ihre Personen, was die Vormundschaft betrifft. cf. *Budb.-Schr. Landr.* IV, 19. § 11.

12) cf. *a Bunge* l. l. § 320 not. e, § 333 not. h, *Stat. Rig.* III, 10. No. 12 et 13.

13) *Not. e* pag. 142 LL.; *Reg. sent.* 4. Novembris a. 1668.

14) *Not. e* pag. 140—143 LL., *Stat. Rig.* l. l. cf. *a Bunge* § 162. Has hypothecas non omnes jurisperiti pari modo collocant. cf. *Janckiewicz* l. l. sub voce Pupillen § 1 et 3, *Budb.-Schr.*

Ex juris communis beneficiis, quae impuberibus competant, de his tantum agamus :

1. Res pupillorum praescriptioni haud subjectae sunt, — sicut in pupillos in universum praescriptio non currit <sup>15)</sup>, — quod etiam ex nostro jure valet.
2. Bonorum possessio ex Edicto Carboniano <sup>16)</sup> apud nos non obtinet. Si enim hereditatem petit impubes, cui controversia facta est de legitimo statu, in bona defuncti patris non mittitur, in tempus maturae aetatis differendo judicio, — sed haec controversia apud nos prae ceteris dijudicanda, atque si impubes apparet illegitimus, statim ab hereditate removendus est <sup>17)</sup>, salvo tamen jure, simulac maturam aetatem ingressus sit, in integrum restitutionem impetrandi.

---

*Landr.* IV, 20. § 9, aliique, qui de concursu creditorum scripserunt.

15) l. 48 pr. *Dig.* de acquir. rer. dom., c. 3 *Cod.* de praescr. trig. vel quadr. ann. — Leges, quas supra sub fin. § 17 de praescriptione memoravimus, aut ad minores spectant, itaque inter eos etiam ad impuberes, aut ad impuberes tantum referendae sunt. — *Budb.-Schr.* *Landr.* IV, 11. § 11 ita distinguit: si impuber tutorem non habet, sive tutor pupilli jus, de cujus praescriptione agitur, omni diligentia adhibita omnino ignorat, praescriptio currit a matura aetate ingressa, alioquin a tempore scientiae.

16) l. 5 § 2 *Dig.* de Carbon. edicto.

17) *Med. jus. eq. Liv.* cap. 36. Were einer frouwen ein kindt gebaren, na eres mannes dode, na rechter tidt, men mach ydt öuerst beschelden, dat ydt nene gudt besitte, wende ydt tho spade gebaren ys. cf. quoque cap. 22 pag. 114 LL.

De specialibus praeceptis, quum maximam partem ad impuberes arct. v. p. pertineant, in parte proxime subsequenti, ubi de his agetur, disserendum erit; ceterum, quae in impuberibus arct. v. p., etiam in infantibus valent, si quidem non diserte excepti sunt, imprimis quae impuberibus facere non licet, neque infantibus permissa sunt.

## V. Impubes aetas arct. voc. pot., et infantia.

### § 24.

De *generalibus* juribus, quae impuberibus arct. v. p., i. e. infantia majoribus, separatim attributa sint, primarii juris nostri fontes nulla paene praebent praecepta; itaque quaestio oritur, num omnino et quatenus juris communis hac de re praecepta in subsidium apud nos adhibenda sint.

Quum in terminis a quo nostrum et Romanum jus consentiant, in termino ad quem autem inter se differant, ea tantum juris communis, imprimis juris Romani praecepta, quae caussis psychologicis nituntur et impuberis aetatis jura ratione jurium infantiae habita amplificat, apud nos adhibenda videntur, neque e contrario ea quoque, quae illa jura ratione jurium pubertatis habita moderantur, nisi hoc necessario sequitur e differentia inter puberes et impuberes per se spectatos intercedenti. Itaque ad nostri juris impuberes arct. v. p. referenda videntur ea, quae Romanum jus simul de pubertati proximis et de infantiae proximis statuit:

1. ut ex altera parte aequae ac puberes sine tutoris consensu atque auctoritate jura acquirere, aliosque sibi obligare, i. e. omnia, quae iis commodo tantum

sive utilitati, non etiam incommodo sive periculo sint, peragere possint <sup>1)</sup>, — qua in re ab infantibus differunt, et

2. ut ex altera parte, aequae atque infantes, sine tutoris consensu atque auctoritate omnino non possint recte obligationes contrahere, se aliis obligare <sup>2)</sup>, — qua in re a puberibus differunt.

### § 25.

Ex his principiis, modo memoratis, etiam praecepta, quae ex jure Romano separatim de impuberum arct. v. p. factis obtinent <sup>1)</sup>, sequuntur. Sufficiat, si praecipua afferam.

1. Si quid dari sibi stipuletur pupillus, non est necessaria tutoris auctoritas, — si autem aliis promittat, ne-

1) Meliorem quidem suam conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris auctoritate, deteriore vero non aliter quam tutore auctore. Pr. *Inst. de auctór.*, l. 28 pr. *Dig. de pactis*, l. 10 *Dig. de jur. et facti ignor.*

2) § 9 et 10 *Inst. de inutil. stipul.* — *Budb.-Schräd. Landr.* III, 12. § 28 haud observat hanc differentiam inter infantia majores et infantes intercedentem, — nam et de his et de illis promiscue agens, in dijudicanda quaestione, valeatne negotium quoddam, a pupillo sine tutoris consensu atque auctoritate gestum, necne, distinguit tantum, utrum commodo s. utilitati, an incommodo s. detrimento iis negotium sit. Simili modo non distinguit, sed ad infantes quoque refert, quae in impuberibus arct. v. p. valent, a *Bunge* l. l. § 314 not. c.

1) cf. a *Savigny*, *System etc.* T. III, pag. 39 seqq.; *Gesterding*, *Ausbeute von Nachforschungen über verschiedene Rechtsmaterien* T. 2, (Greifswald 1827,) pag. 20 seqq.

cessaria est <sup>2)</sup>. -- In his caussis, ex quibus obligationes mutuae nascuntur, ut in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, mandatis, depositis, si tutoris auctoritas non intervenerit, ipsi quidem, qui cum pupillo contrahunt, obligantur, at invicem pupilli non obligantur <sup>3)</sup>, i. e. ex voluntate tutoris pendet, contractum hunc aut agnoscere aut repudiare. Exceptio, antiquiore Romano jure facta, qua impuber, qui in patris potestate est, ne auctore quidem patre aes alienum contrahere aut se obligare potest <sup>4)</sup>, in Germania haud recepta est <sup>5)</sup>, itaque eo minus apud nos valere potest.

2. Pupillus debitum per pacti conventionem remittere potest: si debitor est, ipse per se, si creditor est, non nisi cum tutore <sup>6)</sup>. Sine tutoris auctoritate solvere non potest, — solvendo sine tut. auctoritate nihil agit; pari modo si debitor pupillo solvat necessaria est tut. auctoritas, alioquin non liberatur debitor <sup>7)</sup>.

3. Pro his, qui supra septimum aetatis annum et praesto sunt, tutores auctoritatem praestant, vel ipsi ju-

2) pr. *Inst.* de auct. tut., § 9 *Inst.* de inutil. stip., l. 9. pr. *Dig.* de auct. tut., l. 8 pr. *Dig.* de acq. her.

3) pr. *Inst.* de auct. tutor., l. 5 § 1 *Dig.* de auct. tut., l. 15 § 29 *Dig.* de act. emti.

4) § 10 *Inst.* de inutil. stip., l. 141 § 2 *Dig.* de verb. oblig.

5) cf. *Glück* l. c. § 130.

6) l. 28 pr. *Dig.* de pactis.

7) § 2 *Inst.* quib. alien., l. 9 § 2 *Dig.* de auct. tut., l. 14 § 8, l. 15 *Dig.* de solut. —

dicium suscipiunt <sup>8)</sup>. Ex nostro autem jure impuberes in universum jus standi in judicio non habent <sup>9)</sup>.

4. Rerum dominium pupillus etiam sine tutoris auctoritate acquirere potest, alienare tamen nequit nisi cum tutoris auctoritate <sup>10)</sup>.

5. Pupillus, licet hujus aetatis sit, ut caussam acquirendae hereditatis non intelligat, tamen cum tutoris auctoritate hereditatem acquirere potest, hoc enim favorabiliter ei praestatur <sup>11)</sup>; aliter autem atque cum auctoritate tutoris neque hereditatem adire, neque ex fideicommisso suscipere potest, ne ullum habeat damnum <sup>12)</sup>.

6. Cum tutoris auctoritate impuber sine dubio possessionem acquirit <sup>13)</sup>, — at etiam sine tutoris auctoritate idem posse videtur <sup>14)</sup>. Amittere corpore quidem potest pupillus possessionem etiam sine tutoris auctoritate, — sed alienare sine tut. auctoritate possessionem non potest, ne naturalem quidem <sup>15)</sup>.

8) l. 1 § 2, 4 *Dig.* de admin.

9) cf. supra § 22.

10) § 2 *Inst.* quib. alien., l. 9 pr., § 2 *Dig.* de auct. tut., l. 11 *Dig.* de acq. rer. dom.

11) l. 9, l. 8 pr. *Dig.* de acq. her., l. 9 § 3, 4 *Dig.* de tut. auct.

12) § 1 *Inst.* de auct. tut.

13) l. 1 § 3, 11 *Dig.* de acq. poss., l. 4 § 2 *Dig.* de usurp.

14) Dissentiunt a *Savigny* (Besitz § 21) et a *Vangerow* (Leitfaden f. Pand. Vorl. I, pag. 283 seqq.); hujus sententiam praefereendam habeo.

15) l. 11 *Dig.* de acq. rer. dom., l. 29 *Dig.* de adq. poss.

Pupillus negotia, quae noxia ei fieri possunt, sine tutoris auctoritate gerere non potest, eaque nulla sunt; id quod tamen constitutum tantum est, ut a pupillo damna avertantur, non ut locupletior fiat. Itaque, si ex aliquo ejusmodi negotio, quod ratum haberi non potest, locupletior factus est, reddenda vel compensanda ei sunt, quibus locupletior factus sit <sup>16)</sup>, — id quod tamen non fit, si ii, qui cum pupillo contraxerunt, ex praescriptis supra memoratis affiendi sunt poenis <sup>17)</sup>.

In obligationibus ex delicto propria valent principia <sup>18)</sup>.

### § 26.

Si praecepta, ex nostro jure impuberibus arct. v. p. separatim propria, respicimus, imprimis haec digna videntur, quae adnotentur: impuberi, qui annum decimum quartum compleverit, permissum est „sich (bey der Vormundschafts-Behörde) einen Curator <sup>1)</sup> von solchen Eigenschaf-

16) l. 5 pr. *Dig. de auct. tut.*, l. 15, l. 47 pr., § 1, l. 66 *Dig. de solut.*

17) cf. supra § 17 sub finem.

18) cf. a Savigny l. l. pag. 41 seqq.

1) Curatorem, non tutorem, in edicto a. 1785 § 1 intelligendum esse, jam supra in § 1 exposuimus. *Dabelow* (Geist der schwed. Vormünder-Ordn., Dorpat 1820, § 22) et *a Reutz* (Versuch einer geschichtlichen Entwicklung der Grundsätze des russischen Vormundschafts-Rechts, Dorpat 1825, pag. 91 seq.) contendunt quidem, curatorem hunc non loco tutoris, sed praeter tutorem, ut hujus quasi custos sit, ipso impubere rogante dari, sed hanc sententiam falsam esse censendam demonstravit a *Bunge* l. l. § 46 not. g.

ten, wie wegen der Vormünder verordnet ist, zum Rath und Beystand in allen Sachen auszubitten<sup>2)</sup>“ Nihil interest, utrum impuber ab hac demum aetate parentum morte orbus factus tutore indigere coeperit, an tutorem jam habuerit; in utraque conditione jus illud ei competit, sicuti certo etiam impuberi in parentum potestate versanti concedendum est (inter alia ut in administratione peculiaris sui patrimonii, Sondergut, partem habeat)<sup>3)</sup>. Item nihil refert, cujus sexus impuber sit<sup>4)</sup>. Quod attinet ad curatoris instituendi modum, persona ejus ex impuberis arbitrio pendere videtur<sup>5)</sup>, ita tamen, ut eadem in eo requirantur, quae in tutoribus necessaria putantur, ideoque ad impuberis delectum confirmatio curiae rei pupillariorum accedat necesse sit. — De curae hujus natura

2) *Imp. edict. a. 1785 § 1. cf. Сводъ зак. Т. X art. 213.*  
 По достиженіи четырнадцатилѣтняго возраста, малолѣтній хотѣ и можетъ самъ испросить себѣ попечителя для совѣта и защищенія во всѣхъ дѣлахъ, съ такими же качествами, какъ о опекунахъ предписано: по права его на распоряженіе имуществомъ чрезъ то не увеличиваются и всякое даваемое съ его стороны согласіе на какой-либо актъ считается по прежнему ничтожнымъ. De antiquiore jure vid. supra § 2, 10.

3) cf. a *Bunge* l. l. § 343 not. a.

4) *Imp. edict. a. 1785 § 3.*

5) Ex *edicti* verbis „sich einen Curator ausbitten,“ perinde atque ex *Сводъ* nil certi colligi potest; sed antiquioris nostri juris ratione habita, quod in hac parte edictum respicere videtur (cf. supra), praefendam censemus sententiam illam, ex qua impuberi jus eligendi sibi curatorem competat. Dissentit a *Bunge* l. l. not. b.

nihil aliud dictum est, nisi ut curator sit „zum Rath und Beistand in allen Sachen,“ quod si consideramus et antiquioris juris rationem habemus, non possumus non dicere, conditionem impuberis sub tutela non differre ab ea, quae ex cura impuberis oriatur. Quum illa in eo constet, quod impuber per in univ̄ersum negotia recte gerere non possit, sed in omnibus caussis tutor ejus vices tenere debeat, cura autem impuberum in eo versetur, quod impuber in omnibus caussis ipse quidem negotia recte gerit, sed curatore adhibito, in consilium et subsidium vocato, eo consentiente <sup>6)</sup>. A puberum cura rursus in eo differt, quod haec non cura generalis est, sed specialis tantum, — in certis enim quibusdam tantum caussis, praesertim quod attinet ad bona, curatoris consensus requiritur, cura autem impuberum est generalis cura, i. e. in omnibus caussis curatoris consensus opus est <sup>7)</sup>. — Sicut impuber non sine curatore, ita etiam curator non sine impubere ejus nomine negotia gerere potest, alioquin nulla habentur et ab impubere irrita fieri possunt <sup>8)</sup>; ii vero, qui cum solo impubere contraxerint, in certis quibusdam caussis afficiuntur poenis, ut jam supra exposuimus <sup>9)</sup>. — De bonorum administratione, de rationibus reddendis et de ratione intercuriam rei pupillaris et curatorem intercedenti, eadem

<sup>6)</sup> cf. a Bunge l. l. § 46 not. h, § 343 not. c, d. — Non obstat *Caod̄z* l. l. (cf. not. 2).

<sup>7)</sup> cf. a Bunge l. l. § 343 et 344.

<sup>8)</sup> *Imp. edict.* a. 1785 § 1, *med. jus eq.* Liv. cap. 50.

<sup>9)</sup> cf. supra § 17.

valent in universum, quae in tutore; etiam curator proinde ac tutor culpam et periculum praestare debet, ejusque bona iisdem beneficiis impuberum subjecta sunt ac tutoris bona <sup>10)</sup>. — Quae exposuimus et ex jure terrestri et ex jure oppidano valeant necesse est, non tamen ex jure rusticorum <sup>11)</sup>.

### § 27.

Item de *infantia* propria praecepta generalia non exstant, — sequimur igitur juris communis praecepta. Infans, quia nullum rei intellectum habet, etiam nullum negotium recte gerere potest; quodcumque gerit jure ratum non habetur, nullum est; neque se aliis, neque alios sibi obligare, neque rerum dominium acquirere, neque hereditatem adire potest, — sed in omnibus causis tutor ejus vices tenet; pro infante tutor iudicium suscipit; si infanti hereditas delata est, tutor ejus nomine adit hereditatem; tutor etiam possessionem infantis nomine acquirit <sup>1)</sup>. Per se intelligitur, patre vivo, hunc omnibus in causis memoratis, non tutorem pro infante negotia gerere. Num etiam infans ipse possessionem acquirere possit, dubium est <sup>2)</sup>; rem apprehendere, item naturalem possessionem, quam corpore acquirimus, inire certo potest; etiam vacua possessio rerum donatarum a quacunque persona infanti tradita corpore quaeritur <sup>3)</sup>, — donationem autem accipere

10) cf. a *Bunge* l. l. 343.

11) cf. a *Bunge* l. l. § 46.

1) cf. a *Savigny* l. l. § 107, 108, *Gesterding* l. l. § 2.

2) cf. a *Vangerow* l. l. I. pag. 283 seqq.

3) l. 3 Cod. de poss.; cf. *Gesterding* l. l. pag. 9 seqq.

indeque patrimonium suum augere infans nequit<sup>4)</sup>, quamvis id contendant quidam jureconsulti.

Quae in nostri juris fontibus separatim de infantibus praescripta sunt, praecipue ad singulare patrociniū, adversus laesiones et corporis pericula praestandum, et ad civitatis de infantibus, patrociniū indigentibus, curam spectant. Quod attinet ad illa, verbo tantum attigisse volo praecepta de infanticidio, de infantibus in terra hostili versantibus, praesertim si urbs oppugnatione premitur; quod attinet ad haec, ea praecepta, quae sequuntur: 1) infantibus expositis magistratus ex officio diligenter consulere ac prospicere, praecipue oppidano magistratui eorum educatio et sustentatio curae esse debet<sup>5)</sup>; sed 2) etiam aliis orbis infantibus civitas patrociniū promittit<sup>6)</sup>; imprimis collegiis communis providentiae (Collegien der allgemeinen Fürsorge) praescriptum est, ut pauperes orbos e publico in orphanotropheis, vel apud privatos homines certos atque fidos liberaliter educandos curent<sup>7)</sup>; aequae ac pauperibus infantibus, quorum parentes quidem vivunt, sed pauperes aut libidinibus dissolutisque moribus dediti sunt, prospicit atque consulit res publica.

4) cf. *Gesterding* l. l.

5) *Kirchen-Ordnung* a. 1686 cap. 3 § 7.

6) cf. Schwed. Handwerks-Privilegium 18. Septembris a. 1669 (pag. 198 LO.) § 9, 10; schwed. Stadga 21. C. is a. 1698 (pag. 713 et 714 LO.).

7) Gouvernements-Verordnung a. 1775 §. 380, 385.

## Sententiae controversae.

---

1. Universale quoddam provinciale jus (allgemeines Provinzialrecht) statuendum est atque valet in Livonia et Esthonia.
  2. Juris Livonici distinctio inter „Erbgut“ et „wohl-gewonnen Gut“ etiam ad res mobiles spectat.
  3. Totius testamenti velut caput et fundamentum ex juris Livonici et Esthonicis principiis heredis institutio est.
  4. Separata soror (abgetheilte Schwester) ex juris Livonici terrestris praeceptis non omnino exclusa est ex successione in fratris hereditatem.
  5. Ex juris Curlandici principiis res immobiles inter absentes duodecim annis praescribuntur.
  6. In re mobili et pignus et hypotheca ex juris, quod in Livonia, Esthonia et Curonia obtinet principiis, constitui potest.
-